NUCLEUS CONTINENS BENEDICTIONES RERUM DIVERSARUM, ITEM EXORCISMOS AD VARIA MALEFICIA depellenda, conjurationes item ad fugandas à Dæmonibus eorumque ministris excitatas aëreas tempestates.

Collectus tam ex Romano, quàm diversarum Diœcesium Ritualibus in Cleri Ruralis usum.

CONSTANTIAE.

Ex Typographia Episcopali, Apud Ioannem Geng.

Anno post parientem Virginem, M. DC. LV.

Candido Lectori.

CVm in multis & varijs hujus libelli Benedictionibus & Exorciſmis frequentiùs occurrat (& quidem per errorem) nomen S. Vbaldi Epiſcopi Eugubini, qui noſtri territorii ſingularis Patronus non eſt, ſed Italorum, poterit Sacerdos ſeu Exorciſta loco illius nominis aſſumere nomen Patroni Eccleſiæ ſuæ Parochialis, vel alterius Sancti, & ſic Exorciſmos & Benedictiones rebus quibus intendit, ſanctè applicare.

AD

AD EXORCISTAM.

GEneris humani vindicem Dominum nostrum sacris suis discipulis, eorumque Successoribus Sacerdotibus virtutem & potestatem super omnia dæmonia eorumque sacrilegas machinationes dedisse ex D. Lucæ Evangelio legenti cap. 9. & 10. clare cōstabit.

Quicunq; ergo Sacerdotes ex sacris Ordinibus & virtute clavium eandem sibi datam nō diffidunt, viros illos sanctos vitæ integritate imitari ad laborēt.

Iuratissimi autem hostes nostri, Principes illi tenebrarum & mundi rectores diaboli quam sint potentes, quantumq; aut per se, aut per manicipia sua homines impios, pecoribus, hominibus, & frugibus terrę passim & multis in locis noceant, sępe dolentes experimur.

Omnes proinde, qui eorum pestiferos conatus & factiones per sacros Exorcismos & Adjurationes infringere & eludere intendunt, jubente Deo nostro sanctificentur & sancti sint, quia sanctus est Dominus Deus noster, ut in libro Levit. c. 19. & 20. scriptum legimus.

1.

PROOEMIVM.

SAcerdos ſequentes Exorciſmos, ſeu Benedictiones pro rei neceſſitate dicturus, inprimis ad Dei honorem & Catholicæ Eccleſiæ intentionem omnia ſe facturum proponat.

2. Vt decentius omnia fiant, quo ad fieri poteſt, ſuperpelliceo, vel ſaltem ſtola ſacra indutus ad Exorcizandum aut Benedicendum procedat. Et ſit cuiuſuis operis Exordium; In Nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.

Reſp. Adiutorium noſtrum in Nomine Domini.

Verſ. Qui fecit Cælum & terram.

Reſp. Domine exaudi orationem meam.

Verſ. Et clamor meus ad te veniat.

Reſp. Dominus vobiſcum, &c.

Cum libelli hujus ſeu Nuclei Benedictionum hæc ſit altera editio, Cæteris Benedictionibus præmittur Aquæ & ſalis Benedictio quæ in Vigilia Epiphaniæ fieri ſolet.

Sciendum verò hanc Aquæ benedictionem non noviter, vt aliqui ſibi fortè imaginari

vel-

vellent, excogitatam, ſed ab ipſo D. Chry-ſoſtomo, Magno Eccleſiæ Catholicæ Doctore, in Homil: de Baptiſmo Chriſti commendatam, ut inter alios meminit R. P. Iacobus Gretſerus Societatis IESV Theologus lib. 2. Benedictionum cap 10. circa finem. Quam ad vota multorum alijs Exorciſmis & benedictionibus huic libello omnium primò ponere viſum eſt. Poterit autem non ſolum in Vigilia Epiphaniæ, vel ipſo SS die, ſed frequentius per annum diebus feſtis benedici, ſi ita neceſſitas requirat.

Cum item in ſequentibus Exorciſmis, & Benedictionibus frequentius occurrat S. Vbaldi Epiſcopi Eugubini nomen, qui pellendis Tempeſtatibus ab Dæmonum mancipijs excitatis, apud Deum potens eſſe creditur, licet noſtri territorij ſingularis Patronus non ſit, poterit tamen Exorciſta in Exorciſmis & benedictionibus hujus S vel Alterius Sancti ſeu Eccleſiæ Parochialis Patroni nomen ſumere.

APPLICABILE.

Auri, Thuris, & Myrrhæ,

ſuper ſe ferenda Benedictio, quæ in Epiphania Domini juxta Aquam, quæ dicto die conſuevit benedici contra omnia nocumenta diabolica & maleficia, &c. præcedat benedictionem Aquæ.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cælum & terram.

Pſalmus 53.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua judica me; Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei; Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum; Ecce enim Deus adiuvat me & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ; Averte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos; voluntarie ſa-

crificabo tibi & confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 71.

DEus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio regis: Iudicare populum tuum injustitia, & pauperes tuos in judicio: Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam: Iudicabit pauperes populi & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem: & permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generatione & generationem: Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram: Orietur in diebus ejus justitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna: Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine vsque ad termi-

 nos

nos orbis terrarum : Coram illo procident Æthiopes, & inimici terram lingent : Reges Tharſis & inſulæ munera offerent , reges Arabum & Saba dona adducent : Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei: Quia liberabit pauperem â potente, & pauperem cui non erat adjutor: Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſalvas faciet: Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo : & vivet & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper, tota die benedicent ei : Erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuper extolletur ſuper Libanum fructus ejus, & florebunt de civitate ſicut fænum terræ : Sit nomen ejus benedictum in ſæcula, ante Solem permanet nomen ejus : Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum : Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit mirabilia ſolus : Et bene-

nedictum nomen majestatis ejus in æternum & replebitur majestate ejus omnis terra, fiat fiat. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto: Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus 66.

DEus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri: Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: Lætentur & exultēt gentes, quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi pópuli omnes, terra dedit fructum suum: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto: Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

ANTIPHONA.

APertis theſauris ſuis obtulerunt magi Domino Aurum, Thus, & Myrrham, Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter qui es in cælis &c.

Et dicitur ſecretè vſq; ad illud.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis,

℣. Domine exaudi orationem meam;

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, te humiliter deprecamur ut has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, hodierna die à tribus Regibus tibi tanquam ſummo Regi, & Deo vero, & homini vero oblatas, benedicere ✠ conſecrare ✠ ſanctificare ✠ digneris, & eis donum tuæ benedictionis infunde, & quicumque eas geſtaverit, ab omni peri-

riculo animæ & corporis salvus semper existat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO.

DOmine IESV Christe, qui nobis sacerdotibus, non nostris meritis, sed sola dignatione clementię tuæ præ cæteris gratiam cōtulisti, ut quicquid à nobis in tuo nomine digne & perfectè agitur, te fieri credatur, Adesto quæsumus nostræ officio servitutis, & benedicere ✠ ac sanctificare digneris ✠ has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, quas in nomine sancto gloriæ tuæ benedicere ✠ confidimus. Qui vivis & regnas cum Patre & Spiritu sancto Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

BENEDICTIO.

BEnedico ✠ itaque in titulum ómnipotentiæ, & spem salutis fidelium utentium has creaturas Auri, Thuris, & Myrrhæ, in nomine Pa-

tris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, & ut ſicut beatos tres Magos Caſpar, Balthaſar, & Melchior eas offerentes ad myſteria tua cognoſcenda illuminare & ad te devote adorandũ accedere, atque ab inſidijs, & periculis cuſtodire dignatus es: ita fideles tuos in tua miſericordia ſperantes, qui eiſdem creaturis tuis Auro, Thure, & Myrrha in tuo nomine uſi fuerint, lumine tuo illuſtrare, amore tuo inflammare, & à cunctis adverſitatibus, & ab omnibus inſidiis & nocumentis Diabolicis præſervare digneris. Qui cum eodem Patre & Spiritu ſancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta.



Aqua, quæ in festo Epiphaniæ Domini consuevit in Ecclesiis solemniter benedici, habeatur quoque ad Diabolum fugandum diabolicaque tollendum & ideo pro huiusmodi usu præservetur, vel privatè benedicatur debita benedictione sequenti, è Sacerdotali desumpta.

RESPONSORIVM.

HOdie Cæli aperti sunt, & Mare dulce factum est. Terra exultat montes & colles lætantur; Quia à Ioanne in Iordano Christus baptizatus est.

℣. Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis quia conversus es retrorsum? Quia â Iohanne in Iordano Christus batizatus est.

Finito responsorio ante alueum aquæ dicat Sacerdos.

ANTIPHONA.

Vox Domini super aquas, alleluia: Deus majestatis intonuit, Alleluia.

PSALMVS.

AFferte domino filii Dei: afferte Domino filios arietum. Afferte domino gloriam, & honorem, afferte domino gloriam nomini eius, adorate dominum in atrio ſancto ejus, Vox domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas; Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia Vox domini confringentis cedros; & confringet dominus cedros Libani. Et comminuet eos tanquam vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini incutientis deferrum Cades. Vox domini præparantis cervos, & revelabit condenſa; & in templo ejus omnes dicent gloriam. Dominus diluvium inhabitare facit: & ſedebit dominus Rex in æternum, Dominus virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Gloria patri &c.

ANTI-

ANTIPHONA.

In Ecclesiis benedicite dominum, alleluia: de fontibus Israel, alleluia.

PSALMVS.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Exultate in conspectu ejus: turbabuntur à facie ejus patris orphanorum, & judicis viduarum. Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est, etenim cæli distillaverunt à facie

Dei Sinai : à facie Dei Israel. Pluviam voluntariam segregabit Deus hæreditati tuæ : & infirmata est : ut verò perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea : parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum evangelizantibus : virtute multa. Rex virtutum dilecti : & speciei domus dividere spolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ : & posteriora dorsi ejus in pallore auri. Dum discernit cælestis Reges super eam : nive dealbabũtur in Selmon, mõs Dei, mons pinguis. Mons coagulatus ; Mons pinguis : ut quid suspiciamini montes coagulatos ? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium : dominus in eis in Sinai in Sancto. Ascendisti in altum, cæpisti captivitatem : accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes : inhabitare dominum Deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum

iter faciet nobis Deus ſalutarium no-
ſtrorum, Deus noſter Deus ſalvos fa-
ciendi:& dominus domini exitus mor-
tis. Deus confringet capita inimico-
rum ſuorum: verticem capilli peram-
bulantium in dilectis ſuis. Dixit do-
minus ex Baſan convertam: conver-
tam in profundum maris. Vt intin-
gatur pes tuus in ſanguine: Lingua ca-
num tuorum ex inimicis ab ipſo. Vi-
derunt ingreſſus tuos Deus: ingreſſus
Dei mei, Regis mei, qui eſt in Sancto,
Prævenerunt Principes conjuncti pſal-
lentibus: in medio juvencularum tym-
paniſtriarum. In Eccleſiis Beoedicite
Deo domino: in fontibus Iſrael. Ibi
Beniamin adoleſcentulus: in mentis
exceſſu Principes Iuda duces eorum:
principes Zabulon, & princeps Neph-
talim. Manda Deus virtuti tuæ: con-
firma hoc Deus quod operatus es in
nobis. A templo tuo in Hieruſalem:
tibi offerent reges munera. Increpa
feras arundinis, congregatio taurorum
in vaccis populorum; ut concludant
eos,

eos, qui probati sunt argento. Dissipa gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Ægypto: Aethiopia præveniet manus ejus Deo. Regna terræ cantate Deo · psallite domino. Psallite Deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit suæ vocem virtutis: date gloriam Deo, super Israel magnificentia ejus, & virtus eius in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. Gloria patri, &c.

ANTIPHONA.

Ipse liberavit me alleluia; de laqueô venantium, alleluia.

PSALMVS.

QVi habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu: refugium meum Deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium; & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi:

&

& ſub pennis ejus ſperabis. Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris; ab incurſu, & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis; ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum, Non accedet ad te malum; & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo Quoniam angelis ſuis mandauit de te: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Clamavit ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glori-

fi-

ficabo eum Longitudine dierum replebo eum : & oſtendam illi ſalutare meum. Gloria Patri, &c.

Sacerdos genuflexus dicat.

LITANIÆ.

KYrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miſ. nob.
Spiritus Sancte Deus. miſer. nob.
Sancta Trinitas unus Deus, miſer. nob.
Sancta Maria, ora pro nobis
Sancta Dei genitrix, ora pro no.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora,
Sancte Raphael, ora.
Omnes Sancti Angeli, & Archangeli, orate.
Omnes Sancti Beatorum Spirituum ordines. orate
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Om-

Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.

Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Iacobe,
Sancte Ioannes,
Sancte Thoma,
Sancte Iacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thadæe,
Sancte Matthia,
Sancte Barnaba,
Sancte Marce,
Sancte Luca,
} Ora pro nobis,

Omnes Sancti Apostoli, & Evangelistæ, orate.

Omnes Sancti discipuli Domini orate,

Omnes Sancti Innocentes, orate.

Sancte Stephane, ora.

Sancte Laurenti, ora.

Sancte Vincenti, ora.

San-

Sancte Fabiane, ora.
Sancte Sebaſtiane, ora.
Sancti Ioannes & Paule, orate.
Sancti Coſme, & Damiane, orate.
Sancti Gervaſi, & Prothaſi, orate.
Sancte Petre martyr,
Omnes ſancti Martyres,
Sancte Silveſter,
Sancte Gregori,
Sancte Ambroſi,
Sancte Hieronyme,
Sancte Auguſtine,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
Sancte Bonaventura,
Sancte Ludovice,
Ora pro nobis.
Omnes Sancti Pontifices, & Confeſſ. orate,
Omnes ſancti Doctores orate
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincenti, ora.

Sancte Bernardine, ora,
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate.
Omnes ſancti ſacerdotes, & levitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Lucia,
Sancta Agata,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia.
Sancta Catharina,
Sancta Clara,
Sancta Margarita,
Sancta Eliſabeth,
Sancta Catharina de Senis,
Ora pro nobis
Omnes ſanctæ Virgines, & Viduæ, orate.
Omnes ſancti, & ſanctæ Dei. Intercedite pro nobis
Propitius eſto. Parce nobis domine.
Propitius eſto, Exaudi nos domine.
Ab omni malo, Libera nos domine.
Ab omni peccato, Libera nos domine.
Ab ira tuc, Libera nos domine.
A ſubitãea, & improviſa morte. Libera.

Ab insidiis Diaboli,
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,
A cæcitate cordis,
Ab inimicis nostris,
A diebus malis,
A cruciatu famis,
A peste & clade,
A pænis inferni,
A periculo mortis,
A potestate diaboli,
A malis operibus,
A spiritu fornicationis,
A fulgure, & tempestate,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ,
Per adventum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum,
Per crucem, & passionem tuam,
Per mortem & sepulturam tuam,
Per sanctam resurrectionem tuam
Per admirabilem ascensionem tuã

Libera nos Domine.

Per

Per adventum Spiritus sancti Paracle-
ti, libera nos Domine,
In die Iudicij, libera nos Domine.
Peccatores,
Vt nobis parcas,
Vt nobis indulgeas,
Vt ad veram pœnitentiam nos
perducere digneris,
Vt Ecclesiam tuam regere, & con-
servare digneris,
Vt domnũ Apostolicum, & omnes
Ecclesiasticos ordines in sancta re-
ligione conservare digneris,
Te rogamus audi nos.
Sacerdos surgat, & dicat,
Vt hanc aquam bene✠dicere digneris
Te rogamus audi nos,
Vt hanc aquam bene ✠ dicere & san-
ctificare digneris, te rogamus.
Vt hanc aquam bene✠dicere, conse-
✠ crare, & sanctificare digneris,
te rogamus,
Iterum genu flexus sequatur.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare
digneris, te rogamus.
Vt regibus & Principibus Christianis

pacem & veram concordiam donare digneris
Vt cuncto populo Christiano pacem, & vnitatem largiri digneris.
Vt nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & conseruare digneris.
Vt hodie, & semper sine peccato nos custodias,
Vt mentes nostras ad cælestia desideria erigas,
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona rertribuas.
Vt animas nostras, Fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, ab æterna damnatione eripias,
Vt fructus terræ dare, & conservare digneris,
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,
Vt nos exaudire digneris,
Fili Dei,

Te rogamus audi nos.

Agnus

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson.

Dicitur silentio Pater noster, &c. vsque ibi.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluos nos fac domine Deus noster
℟. Et congrega nos de nationibus.
℣. Vt confiteamur nomini sancto tuo.
℟. Et lætemur in laude tua.
℣. Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo.
℟. Et, vsque in sæculum fiat.

Sufflat in aquam tribus vicibus sic dicendo.

Exufflo te omnis legio sathanæ in nomine Patris, ✠ & filij, ✠ & spiritus sancti. ✠ ℟. Amen.

EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquę in nomine Pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti: ne communis sis vlli spiritui immundo: sed dabis honorem viventi, atque regnanti Patri & Filio, & Spiritui sancto: & vbicunque aspersa fueris, spiritus immundus ab eo loco recedat. Itaque adiuro te creatura aquæ in nomine Iesu Christi Nazareni filij Dei viui, regis, & judicis nostri, vt sis purgatio, & sanctificatio hominum, quos Deus ad suam sanctam gloriam vocare dignatus est. Te ergo invoco domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, vt hanc aquam exorcizare, & bene ✠ dicere, pro tua pietate digneris, vt omnis immundus spiritus locum in ea vltra non habeat, sed vbicunque aspersa fuerit, Angelorum tuorum ibi descendat exercitus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus per om-

nia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Lectio libri Numeri.

IN diebus illis: convenerunt filij Israel ad Moysen, & Aaron, & versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam, vt bibamus. Ingressus Moyses, & Aaròn, dimissa multitudine ante tabernaculum fæderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad dominum, & dixerunt. Domine Deus exaudi clamorem populi huius; & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ viuæ vt satiati cesset murmuratio eorum, & appareat gloria domini super eos.

GRADVALE.

VLtimo festiuitatis die dicebat Iesus, Qui in me credit: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia.

℣. Si quis sitit, veniat, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc

autem dixit de ſpiritu, quem acceptu-
ri erant credentes in eum, alleluia, al-
leluia.

℣. Vox domini ſuper aquas maieſtatis intonuit, domini ſuper aquas multas.

Lectio Sancti Euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat dicens. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat, Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre ejus fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquæ per Deum verum per Deum ſanctum: per Deum totius cteaturæ, vt te mundam exhibeas contra omnem morbum atque inſidias inimici, atque diabolicas poteſtates: vt vbicunque aſperſa fueris, ſit propitio Deo defenſa domus

ipſa

ipſa, ſicut defenſæ fuerunt in Ægypto domus Hebræorum per ſignum ſanguinis agni: ſic defendatur domine domus famulorum famularumq́; tuarum per aſperſionem hujus aquæ, in ipſius nomine te exorcizo, qui verbo ſuo fontem manare præcepit; Et in ipſius nomine te exorcizo, qui filios Iſrael per medium mare eduxit, In ipſius nomine te exorcizo qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulauit. In ipſius nomine te exorcizo, quem Ioannes in te baptizauit: vt omnis ſpiritus erroris, & omnes phantaſiæ Dæmonum per te aſperſæ fugiant, & ſeparentur de eodem loco. Per Chriſtum dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

SEQVITVR EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura aquæ in no ✠ mine Dei pa ✠ tris omnipotentis, & in nomine domini noſtri Ieſu Chri-

sti, ✠ vt omnis immundus spiritus, vel incursio Sathanæ separetur à te creatura aquæ, proinde ergo efficiaris aqua exorcizata ad effugandum omne phantasma inimici ; & ipsum inimicum effugere, & eradicare valeas, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui cum eodem, & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

ORATIO

BEnedic Domine hanc aquam Benedictione cælesti: & assistat super eam virtus Spiritus sancti: vt vbicumque aspersa fuerit, longe recedat virtus inimicorum : vmbra phantasmatum: incursio turbinum, percussio fulminum : læsio tonitruorum : calamitas tempestatum: omnis spiritus procellarum, teque ipsum omnipotentem deprecamur, qui vivis & regnas per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

ORATIO SVPER SALEM.

VIrtutis tuæ invictam fortitudinē deprecor Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus super hoc sal; cui non minimam gratiam conferre dignatus es vt ex illo possint vniversa condiri, quæ hominibus ad escā per tuum filium Dominum nostrum procreari jussisti: per quem te Domine supplices exoramus, vt salē istū sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare pro tua pietate digneris: vt ex vultu diuinæ Maiestatis tuæ virtutem tuam contra omnes immundos spiritus possit accipere, expellat de tabernaculis famulorum famularumque tuarum quicquid potest pestiferum esse, exhibeat plenum salutis effectum: deterreat præstigia, phantasiasque compescat per signum sanctę Cru ✠ cis Filij tui Domini nostri tutelam fidelissimam desiderantibus præstet per hoc tuum Domine signaculum ✠.

 quod

quod nullius dolus, nullius pertinacia designauit. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. &c.

ALIA BENEDICTIO SALIS.

BEnedico te creatura salis in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus Sancti ✠, qui te ad tutelam humano generi procreauit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit : Proinde rogamus te Domine Deus noster, vt hæc creatura salis in nomine Sanctæ Trinitatis, efficiatur salutare Sacramentum ; sitque perfecta medicina in visceribus fidelium tuorum. Per eum, qui venturus est judicare viuos, & mortuos, & sæcula per ignem. ℟. Amen.

ORATIO SVPER SAL.

INtuere Domine hanc creaturam salis, quam vsibus humani generis tri-

tribuiſti; & petimus omnipotens æterne Deus, vt ſignum crucis ✠ vnigeniti filij tui Domini noſtri, vbi aſperſa fuerit aqua hoc ſale commixta, ſit efficax ad euacuandum omnem inimici aduerſariam poteſtatem. Conſumat, & arefaciat, nihilque remaneat immundum, nihil peſtiferum, ſed ad inuocationem nominis tui ſit nobis mundum, ac benedictum. Per eum, qui venturus eſt judicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

EXORCISMVS.

EXorcizo te creatura ſalis, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum totius ✠ creaturæ: qui te per Heliſæum, prophetam in aquam mitti juſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ, qui peu Apoſtolum Paulum dicere dignatus eſt. Sit cor veſtrum ſale conditum. Ideoque efficere ſal ad euacandum, & expelleudum inimicum omnemque virtutem &, putredinem ejus, in nomine Domini

nostri Iesu Christi. Qui vivit & regnat.

Dominus, & Salvator noster Iesus: antequam ad cœlos ascenderet, Apostolis suis mandauit dicens. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

Hic ponat sal in aqua dicens.

HÆc commixtio salis, & aquæ pariter fiat in nomine Pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, & in virtute Domini nostri Iesu Christi: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, ℟. Amen.

EXORCISMVS

EXorcizo te creatura salis, & aquæ in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij & spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per Deum vivũ, Exorcizo te per Crucifixum. Exorcizo te per Spiritum sanctum. Per eum te exorcizo, qui per Helisæum Prophetam in aquam mitti jussit dicens Hæc dicit Dominus, sanabitur aqua ista, & non erit in ea mors,

ne-

neque sterilitas. Per ipsius nomen te adjuro qui diuina voce oris sui Apostolis suis loquutus est dicens, Vos estis sal terræ & cor vestrum sale sit conditum: vt omnes qui ex te sumpserint, sint sanctificati in animab. & corporibus, vt vbicumque aspersa fueris, effuges inimicos, & præstes omnibus remissionem peccatorum, expellas insidias, & excludas omnes dæmonum tentationes. Te autem conditor, & restaurator omnium elementorum tuorum; qui hæc fluenta nomine tuo sanctificata ad purgationem locorum proficere jussisti, deprecor vt nominis tui invocata maiestate, gratiam Spiritus sancti hæc aqua accipiat, valeatque ad expellendas diabolicas artes, per manus servorum tuorum aspersa, per sanctificationem, quam tu domine sanctificando sanctificas, & benedicendo benedicis, vt omnis immundus spiritus aspersione huius aquæ repulsus, & persusus discedat; & omnis incursus Sathanæ, & omne phantasma, omnisque

que immunditia, & putredo inimicorum longè recedat: nec consistendi, aut commorandi, sed victus, ac destructus abscedat Diabolus cum omni pompa sua. Per virtutem, & gloriam Domini nostri Iesu Christi & qui viuit & regnat cum Patre, & spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Exorcismus super aquam sale conspersam.

EXorcizo te creatura aquæ sale conspersa, per Deum viuum, & per Deum totius creaturæ; qui te in principio separauit ab arida, & in quatuor fluminibus dividere dignatus est: vbicunque portata vel aspersa fueris, effugetur, & separetur inimicus, & omnis putredo ejus, vt ipsa domus Deo sit dicata per virtutem Domini nostri Iesu Christi: qui venturus est judicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem.

Te autem creatura aquæ adiuro per De-

Deum verum , per Deum ſanctum , per eum te adiuro; qui te in principio ſeparauit ab arida. Adiuro te per Deum vivum. qui te de fonte Paradiſi manare, & in quatuor fluminibus exire juſſit.

Hic dividat aquam in quatuor partes.

ET totam terram rigare præcepit. Adiuro te per eum, qui te in Chana Galileæ ſua potentia convertit in vinum. Qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulauit: qui tibi nomen impoſuit Siloa. Adiuro te per eum qui in te Naaman Syrum â ſua lepra per manum Heliſæi Prophetæ mundauit.

Hic tangat aquam dicens.

AQua Sancta: aqua benedicta: aqua lauans ſordes, & mundans peccata. Adiuro te per Deum viuum , vt te mundam exhibeas, nec aliquam phantaſiam in te retineas, ſed efficiaris exorcizata ad effugandum inimicum , & omnes ictus fulgeris , & vbicumque aſperſa fueris, ſive in domo, ſive in agro.

gro, ſive in vineis, ſive in ſeminatis cā-
pis ſive in fructibus, ſive in angulis cubiculorum, ſive in navibus, ſive in puteis: vel ſiquis ex te guſtaverit, fias ei defenſio, & remedium ſanitatis, ipſe quoque diabolus elongetur, & ſeparetur ille immundus ſpiritus ab habitationibus famulorum, famularumq́ue Dei: per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vivit, & regnat cum Patre, & ſpiritu Sancto.

℣. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Surſum corda

℟. Habemus ad Dominūm.

℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro.

℟. Dignum & juſtum eſt.

O Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, Nos tibi ſemper, & vbiq́ue gratias agere: Domine Deus cęli & terræ, cuius virtuti ſubdita ſunt vniverſa. Cuius Verbo creata ſunt

omnia, desuper mitte quæsumus virtutem spiritus sancti super hanc creaturam, vt fiat aqua sanctificata, in nomine Pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Te igitur omnipotens Deus altissima salus, & respector perpetuus humiliter rogamus, ac petimus vt nos exaudias, & miserearis, precib⁹ nostris, quatenus vbicunque hæc aqua aspersa fuerit, fiat te jubente causa purificationis, habeat quoque perpetuam gratiam ipsa domus, fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, gaudium verum, honorem perpetuum, vt omnes maleuoli, invidi spiritus ab ea expellantur, & separentur. Per Christum Dominum nostrum.

Iterum te alloquor aqua, quę habes lucis similitudinem: tu sub cælo, tu super cælum, tu sub terra, tu super terram, sub te invoco nomen sanctum, atque mirabile Dei omnipotentis, qui te sua potentia convertit in vinum. suspendit super cælos, congregauit in terra, miscetur in mari, Qui te arcanis

&

& velocibus ventis pluere præcepit;& ad vſum hominum lauacrum dedit, & ſitientibus potum ſubminiſtrauit, ſuper aquam etiam ſpiritus Domini non ſolum ferebatur,ſed etiam fertur, Adiuro ergo te creatura aquæ per ſeptiformem ſpiritum Dei vivi. Adiuro te per novem ordines Angelorum, Adiuro te per vocem tonitrui corruſcationis tremendi, cæleſtis regis. Adiuro te per lignum miſterij, de quo aqua percuſſa,ſtatim dulcis facta eſt. Adiuro te per eum qui omnia creavit, ne contemnas vocem humilitatis meæ ſed expellas omnem vmbram, omnes ſatellites aduerſariorum, omnes machinationes Diaboli, ſive ſpirituum immundorum, ſive damnatorum,ſive errantiũ, ſive ex inuocatione magicæ artis, ſive præcantatorum argumenta, ſive draconum,& omnium volucrum vel viperarum, quia imperat tibi Dominus Ieſus Chriſtus Filius Dei viui, quod mox vt aſperſa fueris in nomine Dei Sabbaoth, ſive in hominibus, ſive

in

in domibus, ſive in vineis, ſive pecoribus, vel quibsulibet animatibus, ſive in ſeminatis campis, ſive in qualicunque creatura vniverſali, quocunque loco aſperſa fueris, ſive ſuper infirmum, vel languentem, ſive in potum data fueris homini in valetudine detento, aut maligni ſpiritus infeſtatione percuſſo, mox expellas, & excludas omne malignum, vt poſſit homo velocius ſalvus fieri, per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti: quia neque dici, neque ſcribi, neque combinari poteſt, cui nomen eſt Dei, Tu autem Domine, qui per Angelum tuum fontem Agar oſtendiſti, & ex eo Iſmael ſitientem potaſti, Qui pueri tui Abrahæ in Meſopotania preces exaudiſti, & omnia deſideria cordis ejus impleuiſti. Qui famulo tuo Moyſi in deſerto eremi petram percutere, & ex ea aquam producere & populum rigare juſſiſti.

Ter dicatur ſequens Verſus.

Qui aquam amaram immiſſo ligno dulcoraſti.

AN-

ANTIPHONA.

BAptizatur Christus, & sanctificatur omnis mundus, & tribuit nobis remissionem peccatorum, Aqua, & Spiritu omnes purificamur.

ANTIPHONA.

BAptizat miles regum, servus Dominum suum, Ioannes Salvatorem, aqua Iordanis stupuit, columba protestatur, paterna vox audita est: Hic est filius meus.

Sacerdos dicat hanc orationem.

BEnedicere, & sanctificare digneris Domine hanc creaturam aquæ in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti, vbicunque aspersa fuerit in nomine tuo, omnes jaculationes sævas inimici expellat. Illud etiam rogamus, & petimus Deus omnipotens, vt sicut ad domum Raguelis sanctum angelum tuum Raphaelem mittere dignatus es, vt Asmodæum dæmonem alligaret: simile quoque beneficium do-

domibus nostris donare digneris: vbicunque hæc vnda aspersa fuerit, nunquam malignus spititus in eadem domo consistendi, vel commorandi habeat potestatē; sed confusus protinus, & destructus abscedat. Per Christum Dominum nostrum: per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cæli, cælorumque virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces, vt admitti jubeas, deprecamur, suplici confessione dicentes, Sanctus: Sanctus: Sanctus: Dominus Deus Sabbaoth: pleni sunt cæli & terra gloria tua. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.

Sequitur Sacerdos.

EXorcizo te spiritus immunde per Deum vivum, qui fecit cælum & terram mare, & omnia quæ in eis sunt, vt omnes virtutes adversarij, om-

omnes exercitus Diaboli, omnes incursus, omne phantasma inimici eradicentur, & effugiant ab hac creatura salis & aquæ, vt sit sancta, & salutifera: & ignis ardẽs adversus omnes insidias inimici & vbicumque portata, vel aspersa fueris hæc creatura salis, & aquæ: sit sanitas, & sinceritas, & corporis medicina, vt effugiat omnis infirmitas. Fulgera quoque, & grandines ab aspersione huius aquæ separentur effugiant, & elongentur per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Verè sanctus, verè benedictus, terribilis, metuendus, & adorandus es Domine Deus noster: ab occultis nostris munda nos, & ab alienis parce seruis tuis, & fiducia valeamus dicere orationem illam regalem: quam Dominus, & Salvator noster per Euangelium suum orare docuit, dicens.

Pater noster qui es in cælis, &c.

Vsque

Vsque ad illud.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℟. Amen.

LIbera nos quæsumus Domine ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris. Libera nos quæsumus Domine famulos, & famulas tuas à gladio, à fame, à tentatione Diaboli, à percussione sæculi, ab infirmitatibus malis: Per liberatorem, & redemptorem nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, &c.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Pater Domini nostri Iesu Christi, Deus Abraham: Deus Isaac, Deus Iacob: exorcizantem me istam creaturam salis, & aquæ precor te, vt exaudire digneris in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni filij tui, Dei viui regis, & iudicis nostri, vt sit purgatio, & purificatio omni-

nibus hominibus, atque in eis, quibus aſperſa fuerit, habeat poteſtatem ad effugandos immundos, & phantaſmaticos ſpiritus, & omnem nefarium Diabolum, atque omnes figuras, & minas Sathanæ: concedatur etiam ei Poteſtas ad exterminandum fulgura, & grandines & omnes adverſitates humanæ naturæ, vt non poſsit immundus ſpiritus nocere ijs locis, in quibus aſperſa fuerit, ſed confuſus, & deſtructus abſcedat: Per virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti Regis noſtri, Qui cum Deo Patre vivit, & regnat, &c.

Adiuro te creatura ſalis, & aquæ in nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti. Adiuro te in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulavit. Adiuro te per eum, qui te de fonte paradiſi produxit. Adiuro te per eum qui Apoſtolis ſuis præcepit dicens: Ite Baptizate omnes gẽtes in nomine patris & Filij & Spiritus Sancti. Per

ipſi-

ipſius nomen te adiuro, vt vbicumque aſperſa fueris, omne phantaſma de domo ipſa, & omnis incurſio diaboli eradicetur, & effugiat; per Deum viuum, per Deum verum, per Deum totius creaturæ, vt neque hominibus, neque domicilijs, neque navibus, neque pecoribus, neque frugibus neque arboribus, noceat. Per Dominum noſtrum, qni venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem ℟. Amen.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius invocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde, vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones, morboſque pellendos, diuinæ gratiæ ſumat effectum, vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda reſperit ſe, careat omni im-

munditia, liberetur à noxa : non illic residéat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici, & ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantiū invideat aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat & diſcedat, aut ſalubritas per invocationem tui nominis expetita, ab omnibus impugnationibus ſit defenſa. Per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, &c.

Benedictio Dei Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper hanc creaturam ſalis, & aquæ Amen.

Hic Sacerdos aſpergat aquam ſuper ſe dicens.

ANTIPHONA.

Aſperge me Domine hyſſopo, & mnndabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor,

PSAL-

PSALMVS.

MIſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria patri & filio & Spiritui Sancto, Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde dicat,

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum,

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS

PRæſta quæſumus Domine famulis tuis per hanc aſperſionem aquæ benedictæ, ſanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam ſalutis, ſecuritatem ſpei, corroborationem fidei, charitatis fructum, hic & in æterna ſæcula ſæculorum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

ORA-

ORATIO.

EXaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cælis, vt custodiat, foveat, protegat, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

FActum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu Baptizato, & orante, apertum est cælum, & descendit Spiritus Sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum. Et vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. Qui fuit Heli, qui fuit Mathath, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph. qui fuit Matathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Navum, qui fuit Heli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath.

qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph qui fuit Iuda qui fuit Ioanna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salatiel, qui fuit Meri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi qui fuit Thoſan, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorin, qui fuit Matath, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obeth, qui fuit Booz qui fuit Salmon, qui fuit Naaſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Iuda, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech qui fuit Eber, qui fuit Sale, qui fuit Chaynam, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſalem, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Mala-

lehel,qui fuit Chaynam,qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei, Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane,

Quo finito Sacerdos dicat: Te Deum Laudamus, vsq; ad finem.

Benedictio Salis & Aquæ.

℣. Adiutorum nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Semper in omnibus Benedictionibus sic est dicendum.

Oremus

EXorcizo te creatura salis, per Deũ ✠ vivum, per Deum ✠ verum per Deum ✠ Sanctum; per Deum, qui te per Elisæum Prophetam in aquá mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquę, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis, & discedat à loco, in quo aspersũ fueris, oĩs phantasia, & nequitia, vel astutia Diabolicæ frau-

fraudis, om̃is spiritus immũd' adiurat' per eũ, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculũ per ignẽ, Amen.

Oremus.

IMmensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quã in usũ generis humani tribuisti benedicere, ✠ & sanctificare ✠ tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis, & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit; careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiæ: per Dominũ nostrum Iesum Christũ, &c.

Exorcismus Aquæ.

EXorcizo te ✠ creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine ✠ Iesu Christi Filii eius Domini Nostri, & in virtute Spiritus ✠ Sancti; ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatẽ inimici, & ipsum inimicũ eradicare, & explantare valeas, cum Angelis suis Apostaticis per virtutem ejusdem Domini Nostri Iesu

Christi, qui vẽturus est judicare vivos, & mortuos, sæculum per ignẽ. Amen.

Oremus.

DEus qui ad salutẽ humani generis maxima quæq; Sacramẽta in aquarũ substantia condidisti; adesto propitius invocationibus nostris, & elemẽto huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ Bene✠dictionis infũde, ut creatura tua ministeriis tuis serviens ad abigendos Dæmones, morbosq; pellendos Divinę gratię sumat effectũ: ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium hęc unda resperserit, careat omni immũditia, liberetur à noxa: nõ illi residеat spiritus pestilens, nõ aura corrũpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici; & si quid est quod aut incolumitari habitantiũ invideat, aut quieti; aspersiõe hujus aquę effugiat; ut salubritas per invocationẽ sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecũ vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic

Hic mittat ſalem in aquam in modum Crucis dicens.

Commiſtio ſalis, & aquæ pariter fiat, in nomine Patris, ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Oremus.

DEus invictę virtutis auctor, & inſuperabilis imperii rex, ac ſemper magnificus triumphator, qui adverſæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſævitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potenter expugnas, te Domine trementes, & ſupplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam ſalis, & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore ſanctifices, ut ubicunq; fuerit aſperſa, per invocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & præſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuã poſcẽtibus ubique abeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. &c.

Benedictio olei, & aliarum unctionum, vel carnis, vel lardi, vel butiri, vel caſei. Mutatis mutandis.

EXorcizo te ✠ creatura olei in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti; ut per hanc invocationem Individuæ Trinitatis, ac unius virtutem Deitatis, omnis nequiſſima virt' adverſarii, omnis inveterata malitia Diaboli: omnis violenta incurſio, omne confuſum, & cæcum phantaſma eradicetur, fugetur, & diſcedat ab hoc oleo, & omnis, qui ex eo biberit, & devotè ſe unxerit, fiat ſanus ab omni malefico Diabolico, ne poſſit illi nocere ulla nequitia malignorum ſpirituum.

Dignare Domine hoc oleum benedicere, ✠ ſanctificare ✠ pro tua pietate, ut quicunq; ex eo biberit, vel unxerit, unctus ſit dolore pœnitentis, & ab eo eradicentur ſacturę, maleficia, incantationes, tumores, dolores, & ligationes quomodolibet factæ, contra creaturas Dei: ſit deſtructio omnium operum Sathanæ. In nomine S. Vbaldi

bene-

benedico, ✠ & ✠ ſanctifico olei hujus liquorẽ ad obſeſſos liberandos: ad reſtituendam febricitantibus valetudinem, ægrotãtibus ſanitatem, ad extinguenda venena, tumores & dolores, ad reſtituendum conjugis amorem, ad depellendum adverſa, & comprimẽdum noxia, & odium expellendum, & quicumque eo utetur ab omni languore, & infirmitate ſanetur, à cunctis inſidiis inimici liberetur. Multiplica, O æterne Deus bene ✠ dictiones tuas ſuper hoc oleum ſicut ſtellas Cæli; quia Ego N. Sacerdos per Ieſum Chriſtum benedico ✠ ſanctifico ✠ hujus olei benedicti liquorem; deſtruo omnia maleficia, languores, & dol[illegible] vexationes Diabolicas, & fugo ipſ[illegible] Dæmones, In nomine pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio panis, vel tritici vel farinæ, vel leguminis, mutatis mutandis

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit cælum, & terram.

PEto, ô Domine Iesu Christe, ut benedicas ✠ panem hunc, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut sit sumentibus salus mentis, & corporis, atque contra morbos & universas insidias Diaboli. Nam ego N. Sacerdos tuus, in nomine tuo hunc panem benedico ✠ sanctifico, ✠ & exorcizo ✠ sicut Elias benedixit farinam in Hydra Viduæ, & fecit subcineritium panem benedictum Eliæ, qui ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq; ad montem Dei Horeb: sic hunc panem in nomine tuo benedico, & sanctifico ✠ crea[illegible]æ trado, ut accipiat, & comedat ad eradicandum à corpore suo omne maleficium, incantationem, ligamen, signum, & opus Diabolicum, & ipsos Dæmones, omnemque febrim, & qualemcunq; ægritudinem. O Domine Iesu Christe, qui es panis natus in Bethlehem, Panis vitæ, benedic, ✠ & sanctifica ✠ eum; & ego per sanctum no-

nomen tuum, & S. Vbaldi eum benedico, ✠ & ſanctifico, ✠ ac per ipſum ſanctum nomen tuũ terribile; deſtruo omnia maleficia; & per ipſum ſanctum nomen tuum, ô Domine Ieſu hunc panem benedico, ✠ & ſanctifico, & virtutem tui ſanctiſſimi nominis infundo, ut ſit contra omnes vexationes Diabolicas. Benedico hunc panem, & ſanctifico: ✠ & Dominus tecum ſit, ô panis benedicte, ut extinguas venena, noxia comprimas: adverſa depellas, maleficia deſtruas, Dæmonia fuges ab hac creatura N. & à cunctis creaturis. O S. Michael benedic ✠ hunc panem per tuam ſanctam pietatem. O Sancta Maria ſanctifica hunc panem, ut qui comederint ex eo recipiant ſanitatẽ, & tuam ſanctam benedictionem. O S. Pater Vbalde infunde in hunc panem tuam ſanctam benedictionem, ut ſit ignis ardens contra Dæmones, & deſtruat facturas, & omnia opera Sathanæ, Amen.

Benedicat, quæſumus Domine, S.

Pater per amorem filii tui, virtus Spiritûs Sancti panem istum ; & ita benedicat ✠ inflammet, ✠ & exorcizet: ut quicunq; ex eo comederit, sive gustaverit in nomine tuo, & dilecti filii tui, & Spiritus Sancti ab omnibus operibus Sathanæ sanetur. Da Domine Sancte Pater omnipotens ęterne Deus, ut quod rogamus, & exoramus; obtineamus in nomine tuo, & dilecti filii tui, & Spiritus Sancti. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio vini, & aceti. Mutatis mutandis.

EXorcizo te creatura vini, in nomine Patris, ✠ & filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ne sis communis ulli spiritui immundo [illegible] honorem S. Mariæ, & S. Vbaldi, ut qui te devotè biberit, & gustaverit, omnis spiritus immundus ab eo recedat cum facturis suis, itaque exorcizo, ✠ benedico ✠ te creatura vini in nomine Iesu Christi, & S. Vbaldi; ut sis purgatio omnium maleficiorum. Dignare, ô S. Pater Vbalde; hoc vinum benedicere, ✠ & sanctificare

ad

✠ ad liberandas, & sanandas creaturas Dei ab omnibus maleficiis, & Dæmoniis. O Domine Iesu Christe sicuti convertisti in Cana Galileæ aquam in vinum; ita benedicere ✠ exorcizare, ✠ & sanctificare ✠ tua pietate digneris hoc vinum, ut sit remedium efficax contra omnem potestatem omnium inimicorum nostrorum, & etiam contra omnes facturas, quæ factæ sunt, & factæ erunt, & nullus spiritus malus cuiuscunq; generis possit latere in hac creatura N. quæ gustaverit hoc vinum benedictum. Peto Domine per tuam sanctam passionem, & Crucem; ut qui biberit ex hoc vino benedicto, mundetur à spiritibus immundis, & ab omni maleficio: & omnis virtus Diaboli exterminetur, & potestas tua, Domine, in virtute verborum tuorum prævaleat. O Domine infunde tuam sanctam benedictionem ✠ in hoc vino, ut alligata sint vulnera Sathanæ: & ego benedico ✠ hoc vinum, ✠ & sanctifico ✠ in nomine sancto tuo, vt vulpes inferna-

les

les demolientes hanc vineam tuam, ponentes eam in desertum, una cum operibus suis, & maleficiis, & facturis, destruantur, confringantur, & annihilentur. Succurre ergo Domine, & benedic, ✠ & sanctifica ✠ hoc vinum, ut sit vinum gratiæ, scientiæ, sapientiæ, fervoris, & amoris ad sanandas tuas creaturas ex eo gustantes, & bibentes, corpus reficiat, & corroboret, intellectum clarificet, cor lætificet, dolorem, & tristitiam quamcunq; expellat, maleficia cuncta destruat, & annihilet, à creaturis tuis ex eo bibentibus, per Christum Dominum nostrum. Amen.

✠ Benedictio ✠ hoc vinum, & sanctifico, ✠ ut sit tanquam vinum, quod Christus dat suis devotis in convivio suo spirituali. Adhuc Bone Iesu dic verbum; & benedic, ✠ & sanctifica ✠ hoc vinum. Tandem benedico ✠ illud, & per hoc sanctum vinum destruo omnia maleficia, & fugo Dæmones per eum, qui torcular calcavit solus. Amē.

Con-

Conspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio prandii, & cœnæ præsente vexato à spiritibus, vel facturis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit cælum, & terram.

IN nomine D. N. Iesu Christi, Ego N. Sacerdos Dei ✠ benedico atque exorcizo ✠ vos creaturæ panis, & vini, carnis, fructus, cuiuscumq; comestibilis per illum, qui benedixit panes in deserto, & multiplicavit. Et per illum, qui aquam in vinum convertit, & qui manna patribus dedit in deserto omne delectamentum in se habens: ut sitis fortitudo, & sanitas, & purificatio huic, & omnibus creaturis Dei sumentibus, ad effugandos omnes spiritus immundos, omnemq; nefariam vim Diaboli, & facturas suas, & figuras omnes, & minas Sathanæ exterminandas, per eũ, qui venturus est judicare vivos, &c. Purificare, ô Domine Iesu Christe, bene ✠ dicere, & sanctificare ✠ digneris has creaturas cibi, & potus, quas Ego N, Sa-

N. Sacerdos tuus in tuo nomine, & S. Vbaldi ſervi tui benedico, ✠ purifico, & ſanctifico, ✠ & quicunque comederit, vel biberit ex eis per dilectionem B. M. V. & S. Vbaldi, & omnium Sanctorum bibat, & comedat coram Domino cum omni lætitia, & ſint contra maleficia & inſidias Diaboli, quæ maleficia per hæc potabilia, & comeſtibilia deſtruo, & annihilo, & etiam fugo Dæmones, & omnia Diabolica in nomine Ieſu confringo, & eradico, & eiicio à corporibus humanis. O creatura Dei, tolle has creaturas cibi, & potus quas miſit tibi Deus, & quas Ego N. Sacerdos Dei exorcizo, ✠ purifico, ✠ benedico, ✠ & ſanctifico ✠ in nomine ſancto ejus, & S. Mariæ Virginis, & S. Patris Vbaldi, Requieſce ergo, & comede, & bibe: & in nomine Ieſu recedat à te Sathan, cum omnibus ſuis facturis. In nomine Patris & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Bene-

Benedictio incensi, vel storacis, vel sulphuris, vel omnium odorabilium, vel aromatum, mutatis tamen mutandis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

EXorcizo te ✠ creatura incensi, vel storacis, vel sulphuris per Deũ vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum sanctum, ✠ & per S. Vbaldum flagellum Inferni, & per eum, qui omnia ex nihilo creavit, & expulit pravos Angelos de Cælo ad ista inferiora, & per omnia nomina Dei, & per nomen B. V. & S. Vbaldi te conjuro, ✠ & exorcizo, ò creatura incensi, storacis, vel sulphuris, & per omnia supradicta; ut sis in defensionem nostram, & efficiaris fumigatio, & creatura benedicta, ✠ & consecrata, ✠ & perpetua pœna sis omnibus malignis spiritibus Infernalibus; & sis solutio omnium ligaminum: Domine Iesu benedicere, ✠ & sanctificare ✠ digneris, per tuam clementiam, & pietatem hanc creaturam incensi,

censi,vel storacis,ut sit defensio contra omnes spiritus malignos,& compulsio facturararum in quem locum odor hui' incensi venerit, sive adfuerit, nullus spiritus, nulla incantatio, & nullum maleficium,vel factura,& nulla molestia malignorum possit durare, neque stare modo aliquo; sed statim omnia Diabolica fugiant procul per signum ✠ S.Crucis.Amen.

✠ Benedic Domine hanc creaturá incensi,vel storacis ad effugandos Dęmones,& omnia aspera sua,per servũ tuũ Vbaldum,cui dedisti virtutem ad effugãdos Dęmones:nam Ego N.Sacerdos benedico ✠ te creatura incensi,vel storacis,& sanctifico,per eũ,quem Cœlũ, & Cœli Cœlorum capere non possunt; & in odore huius incensi, vel storacis, benedicatur domus,locus, cubiculũ, ita, ut nullus spiritus possit stare,ubicumq; fuerit hic odor; sed fugiat confusus, & domum,locum, cubiculum, ubi fuerit talis odor benedico, ✠ & sanctifico, & benedictionibus cælesti-

bus

bus repleo: & sic domus, & locus, & cubiculum Dei sit palatium Christi, sit habitaculum Spiritus Sancti, & quisquis fumigatus fuerit his rebus benedictis, benedicatur, & sanctificetur. Te humiliter precor, Domine Iesu Christe, ut hanc creaturam, incensi, storacis, & sulphuris, quam in nomine tuo purifico, ✠ benedico, ✠ & sanctifico ✠ tua sancta virtute digneris corroborare, & odore hujus fugiant Dæmones, cum omnibus suis facturis, & armis in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Benedictio medicinæ, vel unctionum, vel brodei, vel balneorum, mutatis mutandis.

QVæsumus clementiam tuam, ô æterne Deus, ut hanc medicinam ad expellendas omnes ægritudines, & virtutes diabolicas, & infestationes maleficiales; imo & ipsos Dæmones à corporibus humanis, quam in nomine sancto tuo, & Divi Vbaldi, benedico ✠ sanctifico ✠ sit tu omnipotens, & clemen-

mentiſſimeDeus benedicere ✠ ſancti-ficare ✠ piiſſime Deus digneris,& in omni , qui eam biberit extingue fe-brium infeſtationes; viſcerum tormé-ta cura; cordis,& capitis dolores , & paſſiones cunctas diſſolve , gravitates peccatoris remove; infeſtationes cun-ctas,à quibuſuis partibus corporis re-ſolve: phantaſmaticis adeſto periculis, tumoresque compeſce. Sit hæc medi-cina expulſio præſentis morbi : & fu-giant Diaboli,cũ omnibus ſuis ſociis , facturis,& armis. Exorcizo te ✠ crea-tura medicinæ in nomine Ieſu; ut vir-tutem naturalem retineas, ſupernatu-ralē recipias adjurata in nomine Chri-ſti. Benedic. Domine hanc medici-nam, ✠ & virtus SpiritusSancti ſit ſu-per eam ad evacuãda,& deſtruenda an-nihilanda , & eradicanda á corpore humano maleficia cuncta cuiuſcunq; generis ſint : & ſimul ad expellendum ipſum Dæmonem.

Prout Ego N. Sacerdos tuus bene-dico, ✠ exorcizo, ✠ & ſanctifico ✠ &

be-

benedictiones cunctæ servorum Dei sint super te ô medicina, & sis potens ad effugandos Dæmones cum suis facturis, & armis Diabolicis. Tandem benedictio S. Vbaldi Episcopi sit super te ✠ in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti, Amen.

Et aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Thori,

DOmine Sancte pater, qui castigando nos salvas deprecor Maiestatem tuam super hunc lectum, & super hanc domum, & super omnia, quæ sunt in ea, & super has plumas. Quæ omnia benedico ✠ purifico exorcizo; atque sanctifico, per nomen sanctum tuum, & servi tui Vbaldi quem deprecor, ut sit in nostro auxilio, & omnium creaturarum: sic, & tu Domine benedicere, ✠ & sanctificare digneris hunc lectum, domum, & omnia, quæ sunt in ea, & plumas suas, ut quisquis, & præcipuè hæc creatura N. super has plumas, & lectũ prostrata fuerit, dormiat, & tuam sanctam benedictionem reci-

recipiat, & dormiat, & ſecura quieſcat, immo omnis ſpiritus immundus, omne phantaſma, omne maleficium, vel factura, ligatura, ſignatura, & omne opus quomodolibet Diabolicũ, in lectum, vel plumas has, vel domum factum deſtruatur annihiletur, extermínetur, diſſipetur, expellatur, elõgetur, quantum eſt elongatum Cœlum à terra, lux à tenebris, nec amplius revertatur, & Ego N. Sacerdos Dei deſtruo, & extirpo, & annihilo, ut non revertatur, & ſpiritus maledicti thorum, domum, tuas creaturas violare volentes, contero, & diſperdo, & tandem Domine multiplica tuas ſanctas benedictiones ſuper lectum, & has plumas, & domũ, & ſuper creaturas, quæ habitant in ea nam ego omnia benedico ✠ ſancti ✠ fico ✠ Sacerdotali auctoritate, ✠ quâ fungor, in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ, & ponat Sacerdos incenſum ſuper ignem benedictum: ut

ut fumigetur domus, vel cubiculum, vel lectus. Et ponatur in lecto Cera Agnus Dei, Oliva palmarum benedicta cum Sale exorcizato, & incenso Cerei, cum auro, & mirrha.

Benedictio vestimentorum, vel indumentorum lecti, vel similium, mutatis mutandis.

EXorcizo vos creaturæ diversæ indumentorum, per eum, qui vos paravit ad ornamentum generis humani, ut sitis indumenta benedicta ✠ pura, ✠ munda ✠ ab omni virtute Diaboli, & ministrorum eius, & ab omnibus facturis, & maleficiis, cuiuscunque generis sint: & vires Diaboli retinere non possitis; sed sitis in nomine Divi Vbaldi indumenta pura, ✠ benedicta, ✠ & sanctificata ✠ quæsumus Domine, ut hæc indumenta purificare, ✠ benedicere, ✠ & sanctificare ✠ digneris, nam Ego Sacerdos tuus hæc indumenta in tuo nomine, & Divi

Vbaldi, benedico, ✠ purifico, ✠ & ſanctifico ✠ concede Domine, ut qui ea portaverit, & induerit; cæleſtis gratiæ, & benedictionis plenitudinem valeat accipere; ut ab omnibus Dæmonibus, & facturis ſit liber, & defenſus. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Beenedictio herbarum, vel roſæ, vel rutæ, vel abſynthij, vel ſimilium, mutatis mutandis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui dixiſti, germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen & lignum pomiferum faciens fructum, juxta genus ſuum: ſic propter nomen ſanctum tuum magnum, & glorificatum in terra, & in Cælo; pone

dex-

dexteram tuam plenam larga benedictione super has herbas, vel rosas, & reple eas cunctis benedictionibus, prout Ego N. Sacerdos tuus, in tuo sancto nomine Thetragrammaton, & servi tui Vbaldi, eas exorcizo, ✠ benedico, ✠ & sanctifico; ut ubicunq; collocatæ fuerint, sive in domibus, sive in lectis, vel cubiculis, vel supet se habuerit obsessus vel odoraverit, vel si quis fuerit ex his fumigatus, vel in balneo lotus, vel in quibuscunque locis fuerint, per omnipotentiam tuam, & passionem Filij tui, & Domini Nostri Iesu Christi, elongetur ab eis omne malum, omne periculum, omnes virtutes, & opera Sathanæ. Ideo per eum qui dat herbam servituti hominum, has herbas N. N. benedico, ✠ & sanctifico ✠ ad fugandos Dæmones, ad destruendum omne maleficium, & ad annihilandum incantamentum, ligamen, facturas, & omnia opera Sathanæ à corporibus hominum, & quibusuis locis omne opus Diaboli factum, vel faciendum.

dum, ita ut ibi nulla habitatio: nulla virtus Diaboli sit in his herbis; sed in nomine Iesu, & S. Vbaldi quorum nomé, & virtutem invoco super has herbas, vel rosas, recedant confusi maledicti; & vadant in barathrum cum omnibus operibus suis hæreticalibus & inhabitent Sancti Angeli Dei, ut recipiant sanctitatem, in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ

Benedictio Ignis.

BEnedico te ✠ creatura ignis, atque sanctifico per eum, qui te creavit, qui famulo suo Moysi apparvit in igne forma Rubi. Benedico ✠ te, & exorcizo, ✠ atque coniuro ✠ te, ô creatura ignis, per eum, qui fecit orbem tremere, & omnia potest, ut adversus Infernales prædones sis mihi adiutorium: eos in nomine Iesu, & S, Vbaldi affligas, excrucies, & exuras ignis gehenna sulphurea. Sic tu domine benedicere, ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam tuam ignis: ut sit ignis ardens

dens Dæmones, &omnia opera sua, & maleficia, cujuscunq; generis sint, comburat, destruat, & annihilet, quæ facta sunt, & facta erunt: quæ omnia in nomine tuo, Domine destruo, & annihilo semper. Obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem, ut huic creaturæ ignis eam virtutem conferre, tua benignitate digneris, quæ malignis spiritibus non solùm infernalem pœnarum, amaram recordationem efficiat; verum etiã eos pro eorum in te, & in nos ministros tuos contumacia, excruciet, exterminet, & expellat, & sic benedico ✠ sanctifico ✠ hanc creaturam ignis, in nomine patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Quando benedicetur domus, accẽdatur vna Candela benedicta, & Crux antecedat.

Benedictio domus, vel loci.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit cælum, & terram.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis præ cęteris tantam gratiam contulisti: ut quicquid in tuo nomie dignè, perfecteq; ab his agatur, te fieri credatur. Quæsumus immensam clementiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus, visites: quicquid benedicturi, benedicas, ✠ & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram tuæ potentiæ extendas, fiatq; ad nostræ humilitatis ingressum, & introitum, Sanctorum tuorum meritis fuga Dæmonum, Angeli pacis ingressus, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine Sancte Pater, per merita S. Vbaldi Episcopi, Benedic domũ istam ✠ Benedic introitum nostrum ✠ Benedic ✠ ingressus pedum nostrorum; sicut dignatus es domum patrũ nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, benedicere ✠ ò Domine Iesu Christe, quæsumus, qui Discipulis tuis dixisti in quamcunq; domum intraveritis sa-

salutate eam dicentes, pax huic domui, veniat pax illa super domum istam, & super omnes famulos & famulas tuas, & eos Domine ab omni infirmitate eripere, & liberare digneris: & repleas centesimo fructu, vini, & olei, & frumenti, & in futurum illis æternam cõcede gloriam. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Benedic Domine domum istam, & locum istum, cum ædificiis suis: & sit ibi sanitas, sanctitas, virtus, & gloria, atq; humilitas, bonitas, & mansuetudo, lenitas, & plenitudo legis, obedientiaque Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Hæc bene ✠ dictio sit super domum istam, & super locum istum, & super omnes habitantes in eo, per Christum Dominum nostrum. Amen. ✠ Sancti Angeli Dei descendãt in hanc domum, & eam defendant, & protegant ab omnibus Dæmonibus, & facturis, per pietatem Dei semper. Amē.

Conserva Domine domum istam in æternum impollutam, quam à spiri-

tibus immundis flagellantibus nunc mundo ✠ purgo ✠ & benedico, ✠ & ſanctifico, egrediatur fons de domo tua Domine ſuper domum iſtam, vt irrigetur miſericordia tua, & dic angelo percutienti: ceſſet iam manus tua: appareat maieſtas tua, & ſanctificet ✠ hoc habitaculum. Sancta Maria Virgo invoco nomen tuum ſuper hanc domum, & locum: benedic eum; quia tu es mater miſericordiæ, & conſolatrix afflictorum S. Pater Vbalde exurge, & per paſſionem Ieſu Chriſti benedic, ✠ & ſanctifica ✠ hanc domum: & locum iſtum, ut Dæmones, & eorum maleficia non poſſint latere, neque ſtare in hac domo, vel loco, nam Ego N. Sacerdos Dei, & ſervus tuus, in tuo nomine deſtruo, ✠ & annihilo ✠ facturas, & omnia maleficia facta, vel fienda in hac domo, vel loco, & benedico, ✠ & ſanctifico ✠ hanc domum, & locum; ut Dæmones, & facturę non poſſint ſtare, nec durare, ſed nunc omnia deſtruantur, & deficiant.

In

In nomine Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti. Amen.

Peto Domine, per tuam bonitatem, ut hæc domus, & locus sit benedictus ✠ à tua sancta dextera; ut sit ignis ardens Dæmonibus, ut semper fugiant confusi; nec ullo modo possint stare, nec latêre vel die, vel nocte, & omnes habitantes securi sint, & quiescant in sua pace, sine turbatione, vel strepitu & sine aliquo nocumento Diabolico, sed tua benedictio sit semper super hanc domum, & locum istum, & super omnes habitantes in eo. Amen.

Pax, & Benedictio Sanctissimæ Trinitatis, & S. Vbaldi descendat super domum hanc. Amen.

Et habitantes in hac domo per nomen Iesu possint devotè orare, quietè dormire, comedere, bibere, orare, & alia naturalia agere, libere, & exercere, Per Christum Dominum nostrum.

Benedictio Crucis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini,

 ℟. Qui

℟. Qui fecit cælum, & terram.

BEnedic Domine quæſo hanc Crucem, per quam eripuiſti mundum à poteſtate Dæmonum. Sanctifica Domine iſtud ſignaculũ Paſſionis tuæ; ut ſit inimicis tuis obſtaculum, & credentibus in te auxilium perpetuum in quocunque loco fuerit collocatũ nulla ſit habitatio Dæmonum: ſed fugiant confuſi, elongentur ab ipſo loco, & habitantibus in eo quantum elongatũ eſt Cælum à terra: ſed habitent Angeli Sancti fortiſſimi locum, & habitatores protegentes. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen,

Benedictio Candelæ.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei vivi, Benedic ✠ candelas iſtas, ſupplicationibus noſtris: infunde eis Domine,

me, per virtutem Sanctæ Cru ✠ cis benedictionem Cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talem benedictionem signaculo Sanctæ Cru ✠ cis accipiant, ut quibuscunque in locis incensæ, sive positæ fuerint discedant Principe tenebrarũ, & contremiscant, & fugiant pavidi, cum omnibus ministris suis, & facturis ab habitantibus in illis, nec presumant amplius inquietare, vel molestare servientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio annuli.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

BEnedic, quæsumus Domine, annulum hunc, quem nos in tuo nomine, & S. Vbaldi, benedicimus ✠ ut qui eum portaverit, in tua pace quiescat; & in tua voluntate permaneat, & in amore tuo vivat, & senescat; & multiplica-

tur in longitudine dierum. Per Christum Dominum nostrum.

Oremus.

CReator, & conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, conditor, æterne salutis, tu Domine emittere digneris Spiritum Sanctum tuum Paraclitum de Cælis; & tuam sanctam benedictionem super annulum hunc, ut sit armatura potens contra omnes virtutes Diabolicas, & ego in tuo nomine eum benedico, ✠ & sanctifico ✠ in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Benedictio Coronæ.

OMnipotens, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, pro redemptione nostra de Cœlis; in terram descendere, & de Beatissimæ Virginis Mariæ Vtero, Angelo nunciante, carnem suspicere voluisti; vt nos eriperes de potestate Diaboli: obsecramus immensam clementiam tuã,

ut

ut hanc Coronam in hõnorem, & laudem, & eiusdem Genitricis filii tui ab Ecclesia tua fideli dicatã benedicas, ✠ & sanctifices, eique tantam infunde virtutem Spiritus Sancti, ut quicunq; eam portaverit, vel dixerit, aut in domo reverenter tenuerit ab omni hoste, & facturis, semper, & ubique in hoc sæculo liberetur: & in exitu suo â Beatissima Virgine, & S. Vbaldo tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur Per eundem Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Arborum vineæ, Terræ, seminum, & segetum.

BEnedicat ✠ nos Deus, Deus noster: & terræ nostrę ubertatem concedat: in centuplum multiplicet fructum eius, ut viventes in exultatione, manipulos nostros colligamus Dignare Domine bene ✠ dicere terram istá, ut det fruct um bonum, & sanctum in tempore suo. Nam ego in nomine tuo, & S. Vbaldi eam benedico, ✠ & san-

ctifico, ✠ ut nullus spiritus possit eam turbare. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

O Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, supplices te deprecamur; ut misericordiâ tuâ, iugiter nobis concedas sufficientem messium copiam; fructuum omnium largitatem tribuas: vinearum quoq; substantiam abundantem, arborum fœtus, proventusq; omnium rerum, atq; ab ipsis omnibus pestiferum sidus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem, & universa mala amovere digneris Sãcte Pater Vbalde rogo te, ut benedicas, ✠ & sanctifices ✠ hanc terram ✠ segetes ✠ arbores ✠ vineas ✠ fruges ✠ fructus ✠ herbas bonas ✠ & legumina ✠ ne possit ullus Dæmon super hæc omnia. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

O Domine multiplica super nos misericordiam tuam; ut super has fruges veniat speratæ benedictionis ubertas, & segetes nostras, & uvas, & fructus,

ctus, & omnia ad maturitatem fertilitatis perducere digneris Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

O Domine Iesu Christe, mitte Spiritum Sanctum, cum Sanctis Angelis; ut defendant segetes nostras, & fruges, & fructus à vermibus malis, sive ab avibus, & Dæmonibus, & omnia benedicant ✠ nam ego benedico vos fructus seminum, frugum, frumenti, hordei &c. In nomine Patris ✠ & Filii, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Benedictio in peste animalium.

MIsericordiam tuam Domine, supplices exoramus, ut hæc animalia; quę gravi infirmitate vexantur, in nomine tuo, atque tuæ benedictionis ✠ virtute sanentur. Extinguatur in eis omnis Diabolica potestas ne ulterius ægrotent: tu eis Domine sis defensaculum vitæ: & remedium sanitatis, S. Pater Vbalde defende, & libera ab his infirmitatibus hæc animalia, per tua sancta merita, & per nomen Domini Nostri Iesu Christi. Amen.

Asper-

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio salis, qui datur animalibus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

DEVS invisibilis, & inæstimabilis pietatem tuam per sanctum, ac tremendum Filii tui nomẽ suppliciter deprecamur: ut in hanc creaturam salis bene✠dictionem, & potentiam invisibilis operationis infundas: ut animalia, quæ necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint, vel gustaverint, bene✠dictio, & sancti✠ficatio tua ab omni ægritudinis, & læsionis incursu te protegente custodiat. Per eundem &c.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus; defende quæsumus; omnia animalia nostra per hanc creaturã salis, & aquæ defende piissime à rapacibus latronibus, à bestiis, à scabie, à morbo, à morsibus, à laqueis, à Diabolo, ab infirmitate, ab invidia, & malitia pravorum; à malis hominibus, à malis

oc-

oculis, à veneficis, aruſpicibus, & ab omnibus malis, & animalia, quæ morbis, & infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam ſalis, & per invocationem Sancti nominis tui ſanare digneris, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen

Exorciſmus contra quæcunque noxia animalia, Vermes, Mures, Serpentes, & alia quæcumque agros vel aquas extraordinariè inficientia & corrumpentia.

Exorciſta veniens ad locum infectum, indutus ad minimum ſtolâ (quâ in omnibus adjurationibus uti debet) Aſpergat aquam benedictam circum circa, vel ſecundum loci exigentiam. Deinde ſignans ſe ſigno Crucis, dicat.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum & terram.

Subiunget clara voce flexis genibus, ſi com-

commoditas loci permittat, Litanias Sanctorum cum sequentibus orationibus.

Oremus.

DEVS refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pietatis, & præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur Per Dominũ nostrũ &c. ℟. Amen.

Oremus.

A Loco isto, quæsumus Domine spiritales nequitiæ & noxia quæque recedant, & aërearum potestatum malignitas, ut præsentibus subsidiis sufficienter adiuti sempiterna fiducialius appetamus. Per Dominum nostrum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris hanc ærumnam patimur, pro tui nominis gloria ab eodem misericorditer liberemur; ut procul tuá potẽtia expulsa hæc noxia animalia, nulli de catero noceãt, & hos agros, terras, aquas, in tranquillitate & quiete di-

dimittant; quatenus ex iis provenientia tuæ majeſtati deſerviant; & noſtræ neceſſitati abſque nocumento ſubveniant. Per Dominum noſtrum. Amen.

Surgens Exorciſta ab Oratione verſus agros vel aquam leget ſequentia.

Lectio Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli. *Apoc. 9.*

ET quintus Angelus tubâ cecinit: & vidi ſtellam de Cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clavis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi: & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aër de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuſtæ in interam: data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem Scorpiones terræ: & præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neq; omne viride, neque omnem arborem; niſi tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis. Tu autem Domine miſerere nobis. *Reſp.* Deo gratias.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lucæ 11.

IN illo tempore : Dixit Iesus Discipulis suis : Petite & dabitur vobis : quærite & invenietis ; pulsate & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit accipit: & qui quærit invenit : & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis Patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi ? Aut si petierit ovum : nunquid porriget ei Scorpionem ? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester de Cælo dabit Spiritum bonum petentibus se ? ℟. Laus tibi Christe. Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta. ℟. Amen.

Ex Psalmis Psal. 49.

DEVS Deorum Dominus locutus est: & vocavit terram.
A solis ortu usque ad occasum: ex Sion Species decoris eius.

Deus

Deus manifestè veniet: Deus noster & non silebit.

Audi populus meus & loquar Israël & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

Non in Sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum: iumenta in montibus & boves.

Cognovi omnia volatilia Cœli: & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ; & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorũ? aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo Sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribulationis: eruam te & honorificabis me.

a Magnus Dominus noster & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus.

a Psal. 146.

Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores uſque ad terram.

Præcinite Domino in cõfeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: & herbam ſervituti hominum.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis corvorum invocantibus eũ.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Exorciſmus.

EXorcizo & adiuro vos, peſtiferi vermes, per Deum Patrem Omnipotentem ✠ & per Ieſum Chriſtum ✠ Filium eius Dominum noſtrum, & per Spiritum Sanctum ✠ ab utroque procedentem, ut confeſtim recedatis ab his campis, agris, pratis, hortis, vineis, aquis, ſi Dei providentia adhuc vitam vobis indulgeat, nec amplius in eis

eis habitetis, ſed ad illa ac talia loca transeatis, ubi nullis Dei ſervis nocere poteritis. Vobis, ſi per maleficium diabolicum hîc eſtis, pro parte Divinæ Majeſtatis totius curiæ cœleſtis, nec non Eccleſiæ hîc adhuc militantis impero, ut deficiatis in vobis ipſis, ac decreſcatis, quatenus reliquiæ de vobis nullæ reperiantur, niſi ad gloriam Dei, & ad uſum & ſalutem humanam conducibiles. Quod pręſtare dignetur, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem, ℟. Amen.

Alius Exorciſmus.

ADiuro vos, dæmones, per Deum Patrem Omnipotentem, qui in deſerto per quadraginta annos ſatiavit filios Iſraël manna, & ex petra aquam eduxit eis ad bibendum, ut ſtatim ab his agris, campis, vineis, pratis, hortis, aquis omne quod noxium eſt, amoveatis. Adiuro etiam vos animalia & quæcunq; per maleficium Diaboli noxia eſtis hominibus, & bonis eorum, per Deum patrem Omnipotentem & per

per Filium eius, & per Spiritum Sanctum Paraclitum, ut hinc discedatis, & nocere desinatis graminibus, frugibus piscibus (*exprimantur, quæ nocumentum patiuntur*) & dissipemini & omnis virtus & potestas nocendi vobis adimatur, & interimat vos dextra Dei Omnipotentis per invocationem Nominis sui & per passionem & mortem IESV Christi Filii sui, & per merita Beatissimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum & Sanctarum Cælestis Curiæ. Amen.

Concludat Exorcista sequenti Oratione.

OMnipotens sempiterne Deus remunerator omnium bonorum, & pænitentium peccatorum maximus miserator; in cujus nomine omnia genua flectuntur, cœlestium, terrestrium & infernorum: concede nobis propitius, ut quod de gratia & misericordia tua confisi agimus, per eandem gratiam & virtutem tuam efficacem consequatur effectum; ut per tuam clementiam ab hac peste liberati, Maje-

sta-

ſtati tuę congruas referamus actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum, ℟. Amen.

Oratio propria ſuper aquas infeſtas.

DOmine IESV Chriſte, qui Iordanis flumē benedixiſti, & in eodem baptizatus aquas mundaſti, ut elementum ſalubre efficeretur in remiſsionem peccatorum: has quoque aquas benedicere, ſanctificare, & purificare digneris: vt nihil in ijs noxium, nihil peſtilens remaneat, nihil inficiens aut corrumpens; ſed munda omnia efficiantur & ſalubria. Quatenus quæ ad vſum humanum ex ijs vel in ijs creata ſunt cum promotione gloriæ tuæ, vitæq́; noſtræ & ſanitatis ſumantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in Vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde aſperget, ut ſupra, aquam benedictam, poſſunt etiam hinc inde poni & infigi palmæ benedictæ ab Eccleſia.

Benedictio contra aves, & vermes.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cælum, & terram.
OMnipotens ſempiterne Deus, omnium bonorum remunerator; & peccatorum maximus miſerator, in cujus nomine omnia genua flectuntur Cœleſtia, Terreſtria, & Infernalia; tua potentia nobis peccatoribus concede, ut quod de tua miſericordia confiſi agimus, per tuam gratiam efficacem, conſequamur effectum: quatenus hos peſtiferos vermes, vel mures, aves, vel locuſtas, vel alia animalia, per nos ſervos tuos maledicendos, extermines; ut per tuam clementiam ab hac peſte liberati gratiarum actiones Maieſtati tuæ liberè referamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Exorcizo vos ✠ peſtiferos vermes, vel mures, aves, ſeu locuſtas, ſeu alia animalia per Deum Patrem Omnipotentem, & Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & Spiritum Sanctum ab utroq; procedentem, & per S. Vbaldum,

ut confeſtim recedatis ab his campis, ſeu vineis, vel aquis, nec amplius in eis habitetis; ſed ad ea loca tranſeatis, in quibus nemini nocere poſſitis.

Pro parte omnipotentis Dei, & totius Curiæ Cæleſtis, & ex parte Sancti Vbaldi, & ex parte Eccleſiæ Sanctæ Dei vos maledicentis, quocunq; ieritis ſitis maledicti deficientes de die in diẽ, & decreſcentes: ita ut reliquiæ de vobis in nullo inveniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem, & uſum humanum, Quod præſtare dignetur, qui venturus eſt iudicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem, Amen.

Benedictio cujuſcunq; rei, tàm comeſtibilis, quàm non comeſtibilis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram

BEnedic Domine creaturam iſtam N. ut ſalutare remedium ſit facturæ tuæ, quam pretioſo ſanguine redemiſti: & præſta per invocationem tui ſancti nominis, & S. Vbaldi ſervi tui,

ut quisquis eà usus fuerit, benedictionem recipiat, & sanitatem: atque contra omnes morbos, atq; universas insidias diaboli, & inimicorum tutamen sit: & ego N. tuus Sacerdos, in nomine tuo, & Divi Vbaldi Episcopi, hanc creaturam N. benedicio ✠ atque sanctifico, ✠ ut sit defensio creaturis tuis, & ignis ardens Dæmoniorum, & sit destructio, & expulsio, atq; annihilatio omnium facturarum, & Diabolorum. In nomine Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Et aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Cilicij.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

Oremus.

OMnipotens, & misericos Deus, qui corporibus pœnitentibus hoc indumentum imposuisti: misericordiam, & veniam tribuisti: oramus clementiam tuam; ut indumentum hoc; quod vocatur Cilicium, benedi ✠ cere, &

& ſanctificare digneris; ut quicunq; eo pro peccatis indutus fuerit, & nimiam tuam imploraverit veniam, indulgentiam tuæ ſanctæ miſericordiæ, conſequatur. Per Dominum noſtrum &c.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio fructuum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Deus de Deo: qui famulum tuum B. Blaſium martyrio conſecraſti, & B. Vbaldum in gloria tua collocaſti, benedicere, ✠ & ſanctificare ✠ digneris tua pietate hos fructus arborum, ficus, nuces, avellanas, avas, & alios, quos indignè detulimus, per tui ſancti nominis invocationem, & per interceſſionem B. M. V. & Beati Vbaldi ſervi tui benedic, ſicut & Ego benedico, ✠ & ſanctifico ✠ hos fructus, & ad profectum præſentis

familiæ tuæ, atque omnium fidelium præsentium, & absentium provenire concede: ut in quocunq; loco deportati fuerint salvi maximè à dolore gutturis, & aliorum dolorum efficiantur, & omnes iniquitates, sive illusiones Dæmonum ab eorum habitaculis abscedant, & quicunque ex eis tenuerint, & gustaverint, tuâ gratiâ & benedictione repleantur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Benedictio carnium, ovorum, & comestibilium omnium.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe fili Dei vivi, qui es verus, ac immaculatus agnus: quiq; immaculatus in ara Crucis peccata Mundi delêsti: & nos ad ovile proprijs humeris reportasti: has carnes, vel hanc creaturam, ovorum, vel

&c.

&c. quas ad usus hominum creasti, bene✠dicere, & sancti✠ficare digneris; ut omnes ex eis sumentes tuis benedictionibus repleti, & animæ, & corporis sanitatem, te annuēte, semper accepisse lætentur. Salvator mundi, Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Deus universæ carnis, qui Noë, & filiis suis de mundis, & immundis animalibus præcepta dedisti: quique sicut olera herbarum, humanū genus manducare permisisti: qui agnum in Ægypto Moysi, & populo tuo in vigilia Paschæ commedere pręcepisti, in figuram agni Domini nostri Iesu Christi, cujus sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti, & Angelo iuvante, omne primogenitum in Ægypto percuti præcepisti, servans populum tuū. agni sanguine prænotatum. Dignare, quæsumus Domine, Deus omnipotēs, benedicere, ✠ & sanctificare ✠ has carnes, ovium, vel agnorum, vel hœdorum, vel avium, vel quascunque alias carnes, ut quicunque de tuis fidelibus

 po-

pôpulis ex eis comederint, omni benedictione Cœlesti, & tua perenni repleti gratia ſatientur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Conſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio panis pro infirmis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens deſcendat bene ✠ dictio Pa ✠ tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti ſuper hanc creaturam panis, ut quicunq; ex ea ſumpſerit, accipiat ſanitatem mentis, protectionem corporis, tutelam ſalutis, integritatem charitatis, conſolationem ſpei, roboratione͂ fidei, virtutem conſtantiæ, & viſitationem Sancti Spiritus. Per eundem Dominum noſtrum, &c, Amen.

De Benedictione aquæ pro infirmis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui benedixisti quinque panes, & duos pisces in deserto, unde satiata sunt quinq; millia hominum, te supplices exoramus, ut bene ✠ dicere digneris hanc aquam, ut quicunque infirmus ex ea gustaverit, accipiat sanitatẽ mentis, & protectionem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, & charitatem Spiritus Sancti. Qui vivit & regnat in unitate eiusdem, &c.

Oratio.

Ad benedicendum quascumq; res.

℣, Adiutorium nostrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat,

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus,

DOmine Deus omnipotens, descendat benedictio ✠ Patris, & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, super hanc creaturam ceræ, & salis, & N. ut quicumque ex ea sumpserint, vel super se portaverint, sint liberati ab omni factura, ligatura, signatura, præstigio, incantatione, & illusione, ab omni tentatione timore, & pusillanimitate, ab omni discordia, & animi perturbatione & ab omnibus artibus Diabolicis, & suorum ministrorum, & finaliter ab omnibus periculis animæ, & corporis, & ab omnibus inimicis visibilibus, & invisibilibus, & accipiant sanitatem mentis, protectionem corporis, tutelam salutis, integritatem charitatis, consolationem spei. roborationem fidei, & præcipuè in hora mortis virtutem constantiæ, & visitationem Spiritus S. Per eund: &c. Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ in modũ Crucis.

Bene-

Benedictio nova Navis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRopitiare Domine ſupplicationib' noſtris, & benedic ✠ Navem iſtam dexterà tuâ ſanctâ, & omnes qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantem in diluvio: porrige eis Domine dexteram tuam, ſicut porrexiſti Beato Petro ambulanti ſupra mare: & mitte ſanctum Angelum tuũ de Cœlis, qui liberet, & cuſtodiat eam ſemper à periculis univerſis, cum omnibus, quæ in ea erunt, & famulos tuos repulſis adverſitatib' portu ſemper optabili, curſuq; tran[illegible]uillo tuearis, tranſactiſq; ac r[illegible] [illegible]erfectis negotiis omnibus, iterato [illegible] ore ad propria cũ omni gaudio revocare digneris. Qui vivis & regnas. &c.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio ovorum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum,& terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SVbveniat,quæſumus Domine, tuæ benedictionis ✠ gratia huic ovorũ creaturæ,ut cibus ſalubris fiat fidelib⁹ tuis in tuarum gratiarum actione ſumentibus,ob reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum vivit,& regnat in ſęcula ſæculorum ℟. Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio ad quodcunq; comeſtibile.

℣. Adiutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit Cælum,&terram,

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo,

Oremus.

BEnedic ✠ Domine creaturam iſtã N. ut ſit remedium ſalutare generi humano: & præſta per invocationem ſancti nominis tui, vt quicumq; ex ea ſum-

ſumpſerint, corporis ſanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum, ℟. Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio ſeminis bombicum.

℣. Adiutorium noſtrum &c.
℟. Qui fecit Cælum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

CReator omnium Deus, qui ſemina fructificare, & multiplicare facis, & in viſus noſtros miſericorditer concedis pervenire, intercedente Beato Iacobo Apoſtolo tuo ſupplicationes noſtras placatus intēde: & hæc ſemina vermiculorum, qui ſericum condunt benedi✠cere, & ſancti✠ficare tua benignitate digneris, ut copioſius mittant effectus ſuos; quatenus ad Eccleſię tuæ, ſanctorumq; altarium tuorū decorem, & ornatum, atq; etiam ad uſus noſtros perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Conjuratio chartæ, in qua debent ſcribi brevia applicanda, ſeu appendendæ collo vexati, vel ſecum deferenda.

CONIVRATIO.

Conjuro ✠ te charta, per verba illa tituli triumphalis Salvatoris D. N. Ieſu Chriſti, & per omnia alia verba, quæ dicuntur de creatore omnium creaturarum, & per illum, qui poteſt tribuere, & facere, quòd tantam obtineas virtutem, ut omnia, quæ ſuper te ſcribentur ad effectum ſalutis æternæ perducere valeas, & ut omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & inter te omnis virtus prædicta ſine mora. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Ad cognoſcendum ſi aliquis vexetur à ſpiritibus immundis, ſcribe, hæc nomina ſancta Dei in charta benedicta ut ſ. & pone illa ſuper patientem, ipſo neſciente.

In

IN nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti, Amen. ✠ Hel ✠ Heloym ✠ Sother ✠ Emmanuel ✠ Sabaot ✠ Agia ✠ Thetragammaton ✠ Agyos ✠ Otheos ✠ Iſchiros ✠ Athanatos ✠ Iehoua ✠ Ya ✠ Adonay ✠ Saday ✠ Homouſion ✠ Meſſias ✠ Eſereheye ✠ Increatus Pater ✠ Increatus Filius ✠ Increatus Spiritus ✠ Sanctus ✠ Ieſus ✠ Chriſtus vincit ✠ Chriſtus regnat ✠ Chriſtus imperat. ✠ Si Diabolus ligavit, vel tentavit te N. ſuo effectu, vel per ſua opera, Chriſtus filius Dei vivi per ſuam miſericordiam liberet te ab omnibus ſpiritibus immundis, qui venit de Cœlo, & incarnatus eſt in utero Beatiſſimæ Virginis Mariæ causâ humanæ ſalutis, & eiiciendi diabolum, & omnem malignum ſpiritum à te in profundum Inferni, & abyſſi. Ecce Crucem ✠ Domini, fugite partes adverſæ, vicit leo de tribu Iuda radix David.

De Benedictione Iconum, ſeu Imaginum Sanctorum.

℣. Ad

℣. Adiutorium nostrum &c.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo,

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus majestatem tuam suppliciter exoramus, ut Iconem hanc, in qua gloriosissima imago, (vel imagines) filii tui Domine nostri Iesu Christi, & gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus & sancti N & Sanctorum N. & N. depicta est, (vel sunt) benedicere, & sancti ✠ ficare digneris antequam quicunque ob defensionem ad te ipsum adorandum se devotè inclinaverint, salutem mentis, & corporis consequantur: & à cunctis periculis liberentur; & quicquid iustè petierint, obtinere mereantur. Per eundem &c.

Oremus

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum Imagines, sive

Effi-

Effigies ſculpi, aut pingi non repudias ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus, & ſanctitatē ad imitandum memoriæ oculis meditemur: hanc, quæſumus, Imaginem, ſeu ſculpturam in memoriam, & honorem tui, vel unigenti filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel Beatiſſimę Virginis Mariæ: vel Beati N. Apoſtoli tui: vel Martyris: vel Confeſſoris: aut Pontificis: aut Virginis adaptatam bene ✠ dicere, & ſan ✠ ctificare digneris, Et præſta, ut quicunq; coram illa, te, vel filium tuum, vel Beatiſſimam Virginem; vel glorioſum Apoſtolum, Martyrem, Confeſſorem: vel Virginē, ſuppliciter honorare ſtuduerit illius precibus, & obtentu à te gratiam in præſenti, & ęternam gloriam obtineat in futuro. Per Dominum noſtrum &c.

Aſpergatur aqua benedicta.

De benedictione puerorum.

℣. Adiutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

QUæſumus omnipotens Deus, pueris iſtis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, benedi ✠ cere digneris: & per virtutem Sancti Spiritus corda eorum corrobora, vitam ſanctifica, caſtimonia decora: & ſenſus eorũ in bonis operib' munias, & informes: proſpera tribue, pacem concede, ſalutem confer: charitatem largire: & ab omnibus Diabolicis atq; humanis inſidiis tua protectione, & virtute ſemper defende, & in finem ad requiem Paradiſi perducere digneris. Per Dominũ noſtrum &c.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio aquæ contra aëris tempeſtates,

℣. Adiutorium noſtrum &c,
℟. Qui fecit Cælum, & terram,

EXorcizo te creatura ſalis, & aquæ in nomine Domini noſtri Ie ✠ ſu Chriſti Nazareni filii, Dei vivi, ut ſis pur-

purgatio & purificatio in his locis, in quibus aſperſa fueris, ad effugandos immundos, & erraticos ſpiritus, omnemq; nefariam vim Diaboli pellendã & omnes figuras, & minas phãtaſmatis Sathanæ exterminandas, & fulgura, & ſydera, quę mitti videntur in hanc domum, arborem, agrum poſſeſſionem, turrim: vel quamcunq; habitationem, nõ hominibus aut pecoribus, aut frugibus noceant, ſed abſcedant, & fugiant per invocationem nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare vivos, & mortuos, & ſęculum per ignem, ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio thalami, vel camera.

℣. Adiutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

BEne✠dic Domine thalamũ hunc, & omnes habitantes in eo, ut in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate

per

permaneant,& ſeneſcant,& multiplicentur in longitudinem dierum,& ad regna Cælorum perveniant. Per Christum Dominum noſtrum,&c.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio ad initium alicuius operis boni.

℣. Adiutorium noſtrum&c.
℟. Qui fecit Cælum,& terram.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum,&c,

Oremus.

DEvs, à quo omne bonū ſumit initiū, & ſemper ad potiora progrediens, percipit incrementum, concede quæſumus, ſupplicantibus nobis: ut quod ad laudē nominis tui in choare aggredimur, æterno tuæ paternę ſapientiæ munere perducatur ad terminum. Per Chriſtum Dominū noſtrū.

De benedictione domus ne comburatur ab igne.

℣. Adiutoium noſtrum &c.
℟. Qui fecit Cælum,& terram.
℣. Domine exaudi &c.

℣ Do-

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

DEfende, quæſumus Domine, locū iſtum, vel domum iſtá, à maioribus, uſq; ad minimos, cum pecoribus, & rebus ſuis ab igne, ab infirmitate à tempeſtate, ab ira ventura, ab omnibus tribulationibus Diaboli, & ab inſidiis inimici, ut ſit Deus habitator, & cuſtos, & eam ab omni igne cuſtodiat. Per Chriſtum &c. ℟. Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ

De Benedictione novi putei.

℣. Adiutorium noſtrum &c.

Oremus.

SVpplices deprecamur Domine clementiam pietatis tuę, ut aquam putei huius cæleſti bene ✠ dictone ſancti ✠ fices, & ad communem vitæ uſum concedas eſſe ſalubrem: & ita ex ea fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incurſum: ut quicunq; ex eo hauſerint, vel biberint, vel in quibuſcunq, neceſſariis uſibus hauſtâ aquâ uſi fuerint totius virtutis, ac ſanitatis dul-

dulcedine perfruantur, ut tibi ſanctificatori, & ſalvatori omnium Domino gratias agere mereamur. Per Chriſtũ Dominum noſtrum.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui in huius putei altitudinem, per crepidinem fiſtularum copiam aquarum manare iuſſiſti, præſta, ut te jubente, atque benedicente, per noſtræ officiũ functionis repulſis hic phantaſmatibus, calliditatibus, atq; inſidiis diabolicis purificatus, atq; emendatus ſemper hic puteus perſeveret. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Poſtea aſpergatur aqua benedicta.

De benedictione novi panis.

℣. Adiutorium noſtrum &c.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. Et cum &c.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine creaturam iſtã panis ſicut benedixiſti quinq; panes in

in deſerto, ut ſit donum ejuſdem in annuũ alimentum, guſtanteſq́; ex eo accipiant, tam corporis, quam animæ ſalutem, Per Chriſtum. ℟. Amen.

De Benedictione Avium.

℣. Adiutor. &c. ℣. Domi i exaudi &c.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEvs univerſæ creaturæ, qui inter cæteras diverſarum creaturarum ſpecies, & pro humani generis uſu, etiã volatilium genus ex aqua producere dignatus es, ex quibus Noe de arca egrediens, holocauſta tibi offerens placuit: & qui populo tuo ex Ægypto educto per Moyſem ſervum tuum, munda ab immũdis ſegregans, edẽdi præceptum dediſti: te ſupplices rogamus, ut has mundarum avium carnes bene✠dicere, & ſancti ✠ ficare digneris, ut quicumq; ex eis comederint benedictionis tuæ abundantiâ repleã-tur, & ad æternæ vitæ gaudia perveni-

re

re mereantur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Aspergatur aqua benedictâ.

Benedictio salis, & aquæ contra vermes, & aves.

℣. Adiutor, &c, Domine exaudi. &c.
℟. Dominus vobiscum &c.

Oremus.

DOmine sancte Pater, Omnipotens æterne Deus, mitte Spiritum tuũ sanctum cum Angelis, & Archangelis cum Thronis, & Dominationibus, & cum eis omnes Sanctos Electos tuos, ut defendant segetes nostras à vermibus malis, & avibus, & magnificetur nomen tuum in omni loco. Per Christum &c.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine hanc creaturã aquæ, ut fugiant vermes, & volucres à nostris segetibus propter nomẽ Domini nostri Iesu Christi, quod invocatum est in ipsa creatura messis, ut fiat alimentum omnibus, qui vivunt ex ea, Per eundem Christum Dominum &c,

Asper-

Aspergatur aqua benedicta.

De benedictione terræ seminatæ.

℣. Adiutorium &c.

Oremus.

BEne ✠ dicat nos Deus, Deus noster, terræ nostræ vbertatem concedat, in centuplum amplificet fructus eius, vt viventes in exultatione manipulos nostros colligamus. Per eundem Dominum nostrum &c.

Aspergatur aquâ benedictâ.

De benedictione Arborum.

℣. Adiutorium &c.

Oremus.

DEus, qui huius arboris plantam tua visitatione, & providentia protectam esse voluisti, nunc etiam, vt eandem bene ✠ dicere, & sanctificare digneris, precamur: vt quicunq; ex fructu eius sumpserint, sani, & incolumes esse valeant. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ.

De benedictione fructus arborum.

℣. Adiutorium, &c.

 Ore-

Oremus.

BEne ✠ dic Domine hunc nouum fructum arborum; & præsta: vt qui ex eo in tuo nomine vescentur, corporis, & animæ sanitate potiantur. Per Dominum nostrum &c.

Aspergatur aqua benedicta.

De benedictione vineæ.

℣. Adiutorium nostrum &c.
℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat,
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui vineam tuam ex Ægypto eductam mirabiliter plantâsti, preces nostras benignus exaudi, vt in vineam famulorum tuorum bene ✠ dictio cælestis copiosa descendat: & quod in ea ad vsum humani generis tribuere dignatus es multiplicetur redundando & rorem tuæ bene ✠ dictionis infunde. Per Christum &c.

Aspergatur aquâ benedictâ.

Bene-

Benedictio pro infirmis.

Primò Sacerdos intrans domũ infirmi dicat.

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

℣. Adiutorium &c. ℟. Qui fecit &c.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

INtroeat, quæsumus, Domine IESV Christe, domum hanc, sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas. divina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus dæmonum: adsint Angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, bene ✠ dic conversationi nostræ sanctifica nostræ humilitatis ingressum: qui sanctus, & pius es, & permanens cum Patre, & Spiritu Sancto in sæcula &c. Amen.

Postea dicitur Psalmus De profundis clamaui &c. Dominus vobisc. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti Euangelij

ſecundum Lucam, ℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, ſurgens Ieſus de Synagoga introiuit in domũ Simonis: ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro eâ; & ſtans ſuper illam, imperauit febri, & dimiſit illam: & continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos. *Quo dicto ſubditur.* Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon, Pater noſter. ℟. Et ne nos &c. ℣. Miſerere mei, Domine; quoniam infirmus ſum ℟. Sana me Domine: quoniam conturbata ſunt oſſa mea, ℣. Saluum fac ſeruum tuum, ℟. Deus meus ſperantem in te, ℣. Ego dixi Domine miſerere mei, ℟. Sana animam meam: quia peccaui tibi, ℣. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum, ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

RESpice, Domine, famulum tuum fratrem nostrum in infirmitate sui corporis laborantem: & animam refove, quam creasti; vt castigationibus emendata, continuo se sentiat tuâ medicinâ saluatam, Per Christum &c.

Ponat manum super caput infirmi, & dicat.

SVper ægros manus imponent, & benê habebunt. ✠ Iesus Mariæ Filius, mundi salus, & Dominus, meritis B. M. V. B. Francisci Confessoris sui, & omnium Sanctorum sit tibi clemens, & propitius, ℟. Amen.

DOminus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te conservet: ante ducat post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt bene ✠ dicat: Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, in vnitate perfecta viuit, & regnat, in sæcula sæculorum, Amen.

BEnedictio Dei omnipotentis. Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super te, & maneat semper. Amen.

℣. Adiutorium nostrum, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui paruulos tibi oblatos, & ad te venientes cō-plexebas: *Hic ponat manus super capita puerorum,* manusque super illos impo-nens benedicebas, atque dicebas: Sini-te paruulos venire ad me,& nolite pro-hibere eos: talium est enim regnum Cælorum & Angeli eorum semper vi-dent faciem Patris mei: respice (quæ-sumus) ad Pueri, vel Puellæ, *si fuerit vnus,* seu Puerorum,vel Puellarū præ-sentium innocentiam, & ad suorum parentum devotionem; & clementer eos hodie per ministerium meum be-ne✠dic, vt in tua gratia,& misericor-dia semper proficiant, te sapiant, te di-ligant, te timeant, & mandata tua cu-stodiant, & ad finem optatum feliciter perveniant per te, Saluator mundi. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vi-vis, & regnas Deus in sæcula ℟. Amen. Benedictio Dei omnipotentis ✠ Patris

& Fi-

✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super vos, & custodiat, & dirigat vos, & maneat semper vobiscum.

Aspergatur aqua benedicta.

Ordo ad induendos pueros,

Ex voto.

℣. Adiutorium nostrum &c.

℟. Qui fecit cælum, &c.

℣. Domine exaudi &c.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

DOmine Iesu Christe, qui pro nostra salute suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, Benedictione sancta tua, Bene ✠ dic ista parvula vestimenta, quæ pro gratijs tibi exoluendis cum omni deuotione sanctoq; voto, ac veneratione Beatissimæ Virginis Mariæ, Infans iste super se susceptarus est. Infunde in eum quæsumus tuam sanctam Bene ✠ dictionem, vt cum primum induerit hoc Religionis simile vestimentum, Intercedente Beato Pa-

tre nostro Francisco, descendat super eum gratia tua, & protegat illum ab omni malo mentis, & corporis. Qui viuis &c,

Aspergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Chordæ.

℣. Adiutorium nostrum &c.
℟. Qui fecit Cælum, & terram.
℣. Domine exaudi &c.
℣. Dominus vobiscum &c.

Oremus.

DEvs qui vt servum absolveres, filium tuum funibus ligari voluisti, Bene✠dic quæsumus funem istum, vt famulus tuus N. qui eo velut ligamine corpus cinget, vinculorum eiusdem filij tui Domini nostri Iesu Christi memor existat. Per eundem Dominum, &c.

Aspergat aqua benedicta, & vestimenta, & Chordam adoleatq; incenso.

Cùm verò eum exuit suis vestimentis dicat.

ERipiat Dominus de corde tuo Pō-pas quibus abrenuntiasti, dum Baptismum suscepisti.

PSALMVS.

ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Eripe me de inimicis meis, & ab insurgentibus in me, libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me. Gloria Patri &c.

Postea induit eum Habitu, & antequam cingat, dicat.

IMmittat in te Dominus Sanctū Religionis amorem, Sanctoque fervore succendaris, & ardeas cælestium bonorum desiderio.

PSALMVS.

Laudate Pueri Dominum &c.

Postea cingat eum dicens.

Præcingat te Dominus Zonâ Iustitiæ, vt immaculatus conserves omnia mandata sua.

PSALMVS.

Laudate Dominum in sanctis eius &c.

Deinde det ei Candelam accensam, & dicat.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DOmine IESV Christe lux vera de vero lumine, quæsumus clementiam tuam, vt per intercessionem Beati Patris nostri Francisci mentem Parvuli hujus illumines, vt cum ad annos discretionis advenerit, Sancto tibi animo, corporeque deserviat. Qui vivis &c.

Postea benedicat Puerum offerendo eum super Altare dicens,

COnfirma Deus in Puero, quod operari fecisti à templo Sancto tuo.

Deducat eum Spiritus tuus bonus in terram rectam, & benedictio tua sit super eum semper.

Deinde reddat eum Parentibus, & conversus ad circumstantes dicat.

BEnedicat vos Divina Majestas, Pa ✠ ter, & Fi ✠ lius, & Spiritus ✠ Sanctus; Amen.

Benedictio aquæ cum ligno B. P. Francisci.

℣. Adiutorium nostrum, &c.

℟. Qui fecit Cælum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEvs qui ad salutē humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti, Adesto propitius invocationibus nostris, & clementer huic multimodis purificationibus præparato per hujus sacri ligni contactū Beato Patre nostro Francisco intercedente, virtutem tuæ Bene ✠ dictionis infunde, vt creatura tua ministerijs tuis serviens ad abigendos Dæmones, morbosque pellendos Divinæ gratiæ sumat effectum, & sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis, & quidquid ex eo tactum, vel aspersum fuerit, careat omni immunditiâ, liberetur noxâ, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione, vel sumptione hujus aquæ effugiat, vt salubriter per invocationem Sancti tui nominis, &

 D.Pa-

D.Patris Francisci expetita, ab omnibus sit impugnationbus defensa. Per Dominum nostrum &c.

Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio aquæ cum ligno S. Vturilij.

℣. Adiutorium nostrum &c.
℟. Qui fecit, cælum & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsq; in sæculum.
℣. Per signũ Crucis de inimicis nostris,
℟. Libera nos Deus noster.
℣. Domine exaudi &c.
℣. Dominus vobicum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEvs qui vnigeniti filij tui pretioso sanguine vivificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti, concede. quæsumus eos, qui ejusdem Sanctæ Crucis gaudent honore. eius quoq; vbiq; protectione gaudere, unde immensam clementiam tuá humiliter imploramus, hanc creaturam aquæ per hujus sacri ligni contactum in ejusdem vivificæ Crucis honorem Bene ✠ dicere, & san-

ſancti✠ficare digneris, tua pietate divina, vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, & corporis, & quidquid ex ea tactū vel reſperſum fuerit, careat omni immunditià, liberetur à nòxa, vt ſalubritas per invocationem ſancti tui nominis, ac vivificæ Crucis eiuſq; qui in ea pependit Ieſu Chriſti filij tui virtute expetita, ab omnib⁹ ſit impugnationib⁹ defenſa. Qui tecū vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Ordo benedicendi infirmos cum oleo lampadum cuiuſcunq; Sancti.

℣. Adiutorium noſtrum in no. &c.
℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Adiuva nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.
℣. Salvum fac ſervum tuum.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto illi turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟. Et filius iniquitatis nō apponat &c.
℣. Fiat misericordia tua Domine super &c.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
His dictis vngit in fronte infirmum dicens.

PEr intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & B. Felicis secundum suam pijssimá misericordiam liberet te Deus à præsenti infirmitate, & ab omnibus malis mentis, & corporis. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.
℣. Ostende nobis Domine &c.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad tē veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos Omnipotens æterne Deus pro famulo tuo N. quem (vel quam) modò in nominē tuo vnximus, & intercedente Gloriosa filij tui genitrice V. M. & B. Felice, & omnibus Sanctis. Præsta, vt hujus vnctionis

nis virtutē sentire valeat, atq; ab omnibus malis animæ, & corporis liberetur. Qui tecum vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Sine stola prout decrevit S. Congreg.

Exorcismus contra imminentem tempestatem Tonitruorum, Fulgurum, Grandinum, Ventorum &c.

PEr Signum ✠ Crucis de inimicis ✠ nostris libera nos ✠ Deus noster. In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Dicitur Symbolum fidei, scilicet. Credo in Deum *&c. deinde* Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Adiutorium nostrum &c.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

℣. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius.

℟. Et fugiant, qui oderunt eum à facie eius.

℣. Exur-

℣. Exurge Christe, adiuva nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine IESV Christe, qui fecisti Cœlum & terram, mare & omnia quę in eis sunt, Quique flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus; & brachia sanctissima in Cruce ✠ extendisti, quibus aërem sanctificasti; obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me & post me, & supra me, à dextris & â sinistris, video aërem perturbare, dissolvere & annihilare digneris, vt alligata potestas dæmonum impiè desævientium, deficiat & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimæ Maiestatis tuæ. Qui vivis & regnas &c.

Post-

Postea conversus ad nubes, signet eas signo Crucis dicens.

CIrcumdet te nubes Deus Pater ✠ circumdet te Deus Filius ✠ circumdet te Deus Spiritus ✠ Sanctus. Destruat te Deus Pater ✠ destruat te Deus Filius ✠ destruat te Deus Spiritus ✠ Sanctus. Comprimat te De' Pater. ✠ Comprimat te Deus Filius ✠ Comprimat te Deus Spiritus ✠ Sanctus, Amen.

Obsecratio,

SAnctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Ioannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgarunt, ipsi suis meritis & precibus hanc tempestatē à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus ab eodem Domino nostro IESV Christo removeri obtineant & depelli.

EXORCISMVS.

ET Ego peccator & Christi Sacerdos seu minister, licet indignus auctoritate, & virtute ejusdem Dei & Do-

Domini nostri IESV Christi summi Imperatoris, non meæ potentiæ innixus & confisus, vobis pręcipio immũdissimi Spiritus qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute eiusdem Dei & Domini nostri IESV Christi ✠ per sanctissimam eiusdem Incarnationem, per sanctam Nativitatem per Baptismum & Ieiunium ipsius, per eius sacratissimam Crucem ✠ & Passionem, per Sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem, per tremendum Adventum eius ad Iudiciũ, per merita intemeratæ, semperq; Virginis Mariæ & sanctissimi N. & per merita omniũ Sanctorum, vt exeatis ab eis & eas dispergatis in locis silvestribus & incultis, quatenus nocere nõ possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arborib⁹, aut quibuscunq; rebus humanis usibus deputatis, Per eundem Dominum nostrum IESVM Christũ, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignẽ. *Resp.* Amen.

Ipse

Ipſe vobis imperat, dæmones, qui has nubes cõmovetis, de quo de nube lucida dictum eſt : Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ✠ ipſe vobis imperat, qui ſua ſacratiſſima Cruce corporis ſui ſanctiſſimi in ea extenſione aërem purgauit; ✠ ipſe vobis imperat, qui per mortem ſuam vos, Principem veſtrum mortéque devicit, & ligavit, atque æternę gehennæ mancipavit ignibus: ✠ ipſe vobis imp̄at, qui inferno ſpoliato ſurrexit à mortuis: ✠ ipſe vobis imperat, qui poſt quadraginta dies nube ſuſceptus virtute ſua aſcẽdit in Cælum: ✠ ipſe vobis imperat, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculũ per ignem, *Reſp.* Amen.

Et poſtea oſtendat crucem in aëra dicens.

Ecce lignum ſanctiſſimæ Crucis, fugite partes adverſæ: vicit enim vos & mundum Dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei, Imperator ſummus, Leo de tribu Iuda, radix David.

Poſtea

Postea aquâ benedictâ in modum Crucis aspergat per quatuor latera

Si nōdum quievit tempestas, legantur flexis genibus Litaniæ Sanctorum, cum subsequentibus Orationibus,

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, quęsumus, vt desideratam tuæ propitiationis abundantiā multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Oremus,

OMnes Sancti tui, quæsumus nos vbique adiuvent, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dominum nostrum *Resp.* Amen.

Oremus.

A Domo tua, quæsumus Domine spiritales nequitiæ repellantur: & aërearum discedat malignitas tempestatum. Per Dominum nostrum IESVM, &c, *Resp.* Amen.

Ore-

Oremus.

AD te nos Domine, clamantes exaudi: & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, miſericordià tua præveniente, clementiam ſentiamus. Per Dominum noſtrum, *Reſp.* Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui & nos caſtigando ſanas, & ignoſcendo conſervas, præſta ſupplicibus tuis, vt aëris tranquillitate dono tuæ pietatis utamur, & miſericordiæ tuæ conſolatione lætemur. Per Dominum noſtrum. *Reſp* Amen.

Surgens Sacerdos ab Oratione, aſpergat, vt ſupra aquâ & legat ſequentia.

Lectio Libri Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli. *Apoc* 7.

POſt hęc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terrę, tenentes quatuor ventos terrę ne flarēt ſuper terram, neque ſuper mare neq; in vllam arborem. Et vidi alterum Angelum

ſum aſcendentẽ ab ortu ſolis, habentem ſignũ Dei vivi. Et clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datũ eſt nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo grat.

Sequentia ſancti Evangelij ſecundum Matthæum.

Math. 14.

IN illo tempore: Veſpere autem facto, ſolus (IESVS) erat ibi, Navicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus. Quarta autem Vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare. Et videntes eum ſuper mare ambulantẽ, turbati ſunt dicentes: Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamaverunt. Statimque Ieſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: Ego ſum, nolite timere. Reſpondens autẽ Petrus dixit: Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas

quas, At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de navicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad IESVM. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamavit dicens: Domine ſalvum me fac. Et continuò Ieſus extendēs manum, apprehendit illum & ait illi: Modicæ fidei quare dubitaſti? & cùm aſcendiſſet in naviculam, ceſſavit ventus. Qui autem in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum, dicentes: Verè Filius Dei es.
Reſp. Laus tibi Chriſte.

Per Evangelica dicta impediantur & diſſipentur omnia diabolica facta, *Reſp.* Amen.

Ex Pſamis. Pſal. 17.

IN tribulatione mea invocavi Dominum: & ad Deum meum clamavi.
Et exaudivit de tēplo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu eius, introivit in aures eius.
Cōmota eſt & contremuit terra fundamenta montium conturbata ſunt,

&

& commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.

Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

Inclinavit Cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius,

Et aſcendit ſuper Cherubim & volavit; volavit ſuper pennas ventorum.

Et poſuit tenebras latibulum ſuū, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa aqua in nubibus aëris.

Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierūt grando & carbones ignis.

Et intonuit de Cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: grando & carbones ignis.

Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipavit eas: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.

Et apparuerūt fontes aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione Spiritus iræ tuæ.

Mi-

Misit de summo & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
a Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerũt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & cõtremuit terra.
b Confitebuntur Cæli mirabilia tua Domine; etenim veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum.
Quoniam quis in nubibus æquabitur Domine, similis erit Deo in filijs Dei?
Domine Deus virtutum quis similis

a Psal. 76 b. Psal 88.

tibi? potens es Domine & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris motũ autem fluctuum eius tu mitigas.

Tui sunt Cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem & mare tu creasti,

Nihil proficiat inimicus in nobis: & filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis.

a Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.

b Dixit & stetit Spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.

Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius,

Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorũ.

Confiteantur Domino misericordiæ eius. & mirabilia eius filiis hominũ.

Et exaltent eum in Ecclesia plebis: & in Cathedra Seniorum laudent eũ.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui Sãcto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

a Psal. 103. b Psal. 106. *Ore-*

Oremus.

DEvs qui in Maiestate tua ascendis super Cherubim, & ambulas super pennas ventorum, quique ponis tenebras latibulum tuũ in circuitu tuo, & tabernaculum tuũ tenebrosam aquá in nubib' aëris: miserere miserere, nostri! placare Domine, parce populo tuo, & aërearum quæsumus discedat malignitas tempestatum, vt sicut iustè pro peccatis nostris periculo mali imminentis affligimur, ita misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus. Etsi forsitan operâ dæmonum hæc concitantur in tuorum fidelium detrimentum; intona quæsumus de Cælo Altissime, da contra spiritalem nequitiam vocem tuam, grandinem & carbones ignis; fulgura, coruscationẽ & dissipa eos, emitte sagittas tuas & conturba eos; vt cognoscamus omnes te rectorem omnium esse, qui rerum vices, ineffabili tuâ providentià temperas. *Resp.* Amen.

EXORCISMVS.

EXorzico vos ſceleſtiſſimos dæmones, qui naturalia principia & aëreas impreſſiones, ex quibus mortalib' omnibus diverſimodè beneficia operatur Deus, auſi eſtis in cōſummationem nequitiæ veſtræ convertere, ventos concitátes, vapores cōgregantes, nubes componentes, fulmina & tonitruà excitantes, per Deum ✠ Patrem Omnipotentem, per Dominum IESVM Chriſtum ✠ Filium eius Vnigenitum, & Spiritum Sanctum ✠ Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. ✠ Exorzico vos per Glorioſam Virginem Mariam, ſtellā maris, tranquillitatem & ſerenitatem inducentem.

Exorzico denique vos per omnes illos, in quibus Deus mirabilis & glorioſus apparet. vt à commovenda hac tempeſtate deſiſtatis, nec amplius terrę fructibus, multò minùs hominibus noceatis. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui venturus

eſt

eſt judcare ſæculum per ignem, *Reſp.* Amen.

ALIA ADIVRATIO.

SAnctus Matthæus ✠ Sanctus Marcus ✠ Sanctus Lucas ✠ Sanctus Ioannes Evangeliſta ✠ qui Chriſti Evangelium per quatuor mundi partes divulgaverunt, ipſi ſuis meritis & precibus hanc tempeſtatem ab omnibus Chriſtianorum finibus, ab eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto obtineát effugari & depelli. Et ego indignus Chriſti Sacerdos auctoritate & virtute eiuſdem Dei & Domini noſtri IEſu Chriſti ſummi Imperatoris vobis pręcipio immundiſſimi Spiritûs, ſi qui has tempeſtates cōcitatis; per tremendum eius judicium, & per ſanctiſſiimæ Crucis ✠ ſignum, quod vobis oppono, & per merita intemeratæ ſemper Virginis Mariæ Dei Genitricis, & per merita omnium Sanctorum, vt deſinatis nocere hominibus, certiſque rebus humano uſui conceſſis, & tempeſtates à vobis concitatæ diſpergantur, in locis

silvestribus absque hominis, aut iumenti alicuius aut fructuum terrę nocumento, Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est judicare vivos & mortuos & sæculum per ignem. *Resp.* Amen.

ALIA ADIVRATIO.

ADiuro vos impij dæmones, per Deum Omnipotentem ✠ qui populum Israelem præcedebat ad ostendendam viam per diem in colũna nubis, montemq; Sina *a* sex diebus nube texit: cuius gloriâ impletum est tabernaculum testimonij opertũ nube, qui in nube posuit arcum fœderis sui, cuius Vox in nube audita est, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, & per Iesum Christum Dominum nostrum, quem nubes suscepit ab oculis Apostolorum, quando ascendit ad Cælum, qui in nubibus veniet ad iudicandũ vivos & mortuos, quando etiam in nubibus rapientur iusti obviam Christo, Per eum (inquá) qui

a Exod, 24.

qui hæc & alia mirabilia valde operatus eſt in nubibus, , adiuro vos, ne his creaturis ſervientibus Deo & hominibus abutamini ad inferendum nocumentum alicui creaturæ. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrũ ℟. Amen.

Si tempus tempeſtuoſum adhuc permanſerit, poterunt ſupra dicta pluries repeti,

Debent etiam ſtatim ab initio, vt moris eſt, campanæ pulſari.

Adiurationes ad fugandas tempeſtates.

Hæc coniuratio ter devotè dicatur contra tempus tempeſtuoſum.

IN nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

℣. Pater noſter &c. ℣. Et ne nos &c.

℟. Sed libera nos â fulgure, & tempeſtate, & ab omni malo.

Oremus,

OMnipotens ſempiterne Deus parcementibus, & propitiare ſupplicantibus tibi, ✠ vt hos pernoxios imbres nubinm, & viam procellarum, & comminationem tempeſtatis ✠ in mate-

teriam tuæ laudis trãſire facias. Amẽ.

℣. Pater noſter &c.

℟. Sed libera nos ab hac tempeſtate, & grandine, & ab omni malo, Amen.

Coniuro vos aereas tempeſtates per Deum vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum Sanctum, ✠ vt non jactetis grandines, & tempeſtates in poſſeſsionibus, & finibus noſtris, & non dixeritis ante Tribunal Chriſti, quod nemo vobis contradixerit.

Ego enim præcipio vobis, In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti, vt non jactetis grandines, & tempeſtates in poſſeſsionibus, & finib⁹, noſtris, Sed eas proijcite per fluvium, vel immergite in mari ſine damno alicuius perſonæ, Amen.

Poſtea dicatur.

Pſalmus

LAuda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Syon.

Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum; benedixit filijs tuis in te.

Qui

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit.

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri &c.

Alia Coniuratio contra tonitrua, fulgura, & tempestates, habita à quodam pio Sacerdote.

Primo dicatur.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Cum aspersione aqua benedicta.

DOmine Iesu Christe, qui Cælum, & terram fecisti, Mare, & omnia construxisti, & flumen Iordanis benedixisti, in quo baptizatus fuisti, Dignare Domine bene✠dicere, & Sancti✠ficare nubes istas, quas contra me video, vt deficiant, & effundant aquam benedictam Domine Iesu Christe, qui es defensor, & protector omniũ Christianorum, qui salvos facis omnes spetantes in te; non derelinquis quærẽtes nomen tuum, qui ovem perditam in humeris tuis positam ad Cælos reduxisti, Te invocamus Christe defensor noster, & pietatem tuam deprecamur, pro salvatione frugum terrę nostræ, & laboribus nostris, quos pro tua pietate nobis donare dignatus es, pariterque nos omnes defendere digneris ab omni malitia tempestatum, & ab omnibus contrarijs virtutibus. Deus invisibilis & immortalis. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus

Apo-

Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus omnium Creator, & Salvator, te invocamus quia Pius es, & clemens; Veni in auxilium noſtrum, & miſerere noſtri Deus noſter, qui feciſti Cælum, & & terram, Mare, & omnia quæ in eis ſunt, cuius poteſtas eſt in omnibus, & oculi tui omnia vident. Alliga quæſumus Domine omnem poteſtatem adverſariorum noſtrorum, & omnes malitias incantatorum, atq; omnes incurſiones tenebrarum, per virtutem tuam magnam, & ſanctam, vt non prævaleant: neque nocere poſſint in laboribus ſervorum tnorum, qui in te confidunt, qui de magna miſericordia tua ſperant, neq; ingrediantur in finibus iſtis, neque in vineis iſtis, neq; in arboribus. Rogo vos Sancti Angeli Dei, Michaël, Gabriel, Raphael, & omnes Sancti Angeli & Archangeli Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti; vos invocamus, exite in adiutorium noſtrum. Et iterum adiuro vos Angelos tenebrarum, &

omnes incantatores, & incantationes malorum, & omnes Sathanę ministros, qui coagulatis ventos, & imperatis, tempestates emittitis, & laborem hominum tollitis. Adiuro vos per Pa✠trem, & Fi✠lium, & Spiritum ✠ Sanctum, vt non noceatis in finibus nostris, sed revertite retrorsum, & ita in diversis locis desertis, vbi non aratur, nec seminatur, nec habitatio hominis est, nec esse potest, ibi discurrite. Adiuro vos per Beatissimam Virginem Mariam Dei Genitricem, & per Beatissimum Præcursorem, & Martyrem Christi Ioannem Baptistam, & per S. Michaelem Archangelum, qui Principem vestrum Diabolum Sathanam expugnavit, & catenis igneis alligavit. Adiuro vos per tres Patriarchas, & viginti quatuor Seniores, & per duodecim Apostolos, & per quatuor Evangelistas, & per omnes Martyres, & per omnes illos, qui Deo placuerunt ab initio Mundi, & coronati sunt ante eũ, vt non mittatis lapides, & tempestates,

nec fulgura, nec vllam coruſcationem in finibus noſtris. Sed veniat aqua ſine aliqua malitia, quam Dominus benedixit in flumine Iordanis, vbi ipſe baptizatus fuit, & ebriet terram, & eam faciat germinare. Ego autem vos coniuro. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti, Amen. Et per omnes virtutes Cælorum, vt nullam dominationem habetis in finibus noſtris, ne cum veneritis ante Tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti dicatis mẽtientes, nos fuimus in tali patria, & nemo nobis contradixit. Ego autem vobis contradico, & coniuro omnes contrarietates veſtras per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Creatorem omnium viſibilium, & inviſibilium, qui fecit Cælum, & terram, Mare, & omnia quæ in eis ſunr, qui ambulat ſuper aſpides, & baſiliſcum, & cõculcat Leonem, & Draconem, cui nomen Sanctum terribile, & immortale Adonay eſt, cui omne genu flectitur cęleſtium, terreſtrium; & infernorum & omnes

 ei

ei proclamant Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth, Pleni ſunt cæli, & terra gloria eius. Vos autem miniſtri Sathanæ, & tenebrarum, & omnes ſpiritus maleficiorum convertite retrorſum, & diſcurrite in diverſis montibus, & locis deſertis, vbi nullus habitat, nec labor Chriſtianorum eſt, recedite, recedite, recedite, & convertimini retrorſum, & erubeſcite, & confundimini omnes vos ſpiritus nequitiæ; quia Deus adiutor noſter eſt in æternum. Nos verò lætabimur in Domino Deo noſtro, & ei laudes dicemus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, Oſanna in excelſis.

PSALMVS.

LAudate Dominum de Cælis: laudate eum in excelſis &c.

Pſalmus XXVIII.

AFferte Domino Filij Dei: afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini

eius,

eius, adorate Dominum in atrio Sanꝰ-
cto eius.

Vox Domini super aquas, Deus Maiestatis intonuit. Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodũ filius vnicornium.

Vox Domini interiedentis flamam ignis: vox Domini concutientis desertum, & commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: & sedebit Dominus Rex in æternũ.

Dominus virtuté populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri &c.

Oratio.

DEvs, qui es omnium tibi ſervientium refugium, & virtus, qui ipſos motus aëris ad cultum tuæ Maieſtatis inſtituis, tranquillitatem nobis miſericordiæ tuæ largire, remotis terroribus, & cuius iram expavimus, clementiam ſentiamus. per Dominum &c.

ADiuro vos grandines, & ventos per quinq; vulnera Chriſti, & per tres clavos, qui manus eius, & pedes perforaverunt, & per quatuor Evangeliſtas SS. Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, vt in aquam reſolutam deſcendatis.

Extenduntur manus in modum Crucis contra Nubes, dicendo Pater noſter. Ave Maria. & Credo, cum Oratione ſequenti.

DOmine Ieſu Chriſte, qui Cælum, & terram creaſti, aquas Iordanis benedixiſti, in quibus baptizari voluiſti, manus in Cruce extendiſti, & totum Mundum redemiſti: bene ✠ dicere digneris hác nubem, quam video

ante

ante me positam , vt nulla tempestas Dæmonum in se ipsa præveniens nocere possit. Bene ✠ dicat te Deus Pater Bene ✠ dicat te Deus Filius, Bene ✠ dicat te Deus Spiritus Sanctus. Dividat te Deus ✠ Pater, Dividat te Deus ✠ Filius. Dividat te Deus ✠ Spiritus Sanctus: Destruat te Deus ✠ Pater, Destruat te Deus ✠ Filius, Destruat te Deus ✠ Spiritus Sanctus, Annihilet te Deus ✠ Pater: Annihilet te Deus ✠ Filius: Annihilet te Deus ✠ Spiritus Sanctus. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen.

Initium Sancti Evangelij secundum Ioannem.

IN principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt,

runt, Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mũdus eũ nõ cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt, ET VERBVM CARO FACTVM EST, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Deo gratias.

Benedictio Sanctiſſimi Nominis IESV.

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
℣. Adiutorium noſtrum &c.

℟. Qui

℟. Qui fecit Cælum, &c.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine IESV Chriſte hanc tui Sanctiſſimi nominis impreſſionem, & concede vt ſicut in fide ipſius claudum à nativitate ambulare feciſti, cum dixit ei Petrus: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula: ſic tua Creatura hanc tui Sanctiſſimi nominis impreſſionem apud ſe devotè portans ab omni ſua infirmitate per tuam pijſſimam miſericordiam liberari mereatur. Qui vivis, & regnas &c.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Exorciſmus Domus â malis ſpiritibus vexatæ.

Sacerdos indutus ſuperpelliceo & ſtolâ dicit. In nomine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ Sancti Amen, *Deinde flexis genibus Hymnum,* Veni Creator Spiritus &c.

℣. Exurge Chriſte adiuua nos,

℟. Et

℟. Et libera nos propter nomen tuum
℣. Adiutorium nostrum &c.
℟. Qui fecit Cælum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ACtiones nostras, quęsumus Domine aspirando præveni & adiuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

REspice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium & Crucis subire tormentum. Qui tecum vivit & regnat in vnitate Spiritus &c. *Resp.* Amen.

Oremus.

DEfende quæsumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente

déte cum omnibus Sanctis tuis, istá ab omni adversitate familiá, & toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per Christum Dominum nostrum *Resp.* Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam gratiam contulisti, vt quicquid in nomine tuo dignê, perfecteque ab eis agitur, â te fieri credatur; quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites, & quicquid benedicturi, benedicas: ✠ & ad ea quæ acturi sumus, dexteram tuæ potentiæ extendas, siniq; ad nostræ humilitatis introitum (Sanctorum tuorum meritis) fuga dæmonũ, & Angeli pacis ingressus. Per Christum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

DEus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum & omnium bene viventium, Deus & Pater

Do-

Domini noſtri Ieſu Chriſti, te invoco, & nomen ſanctum tuum, ac præclaræ Maieſtatis tuæ clementiá ſupplex depoſco, vt mihi auxilium præſtare digneris adverſum nequiſſimum Spiritum; vt vbicunque ſit, audito nomine tuo velociter exeat, & recedat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

ADIVRATIO.

ADiuro te Serpens antique, per iudicem vivorum & mortuorum, per Factorem mundi, qui habet poeſtatem mittere te in gehennam vt ab hac domo feſtinus diſcedas.

Ipſe tibi imperat maledicte Diabole, qui ventis ac mari & tempeſtatibus imperavit, Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis Cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui te retrorſum abire præcepit. Audi ergo Sathana, & time, & victus, & proſtratus recede, adiuratus in Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui venturus

turus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

Deinde Sacerdos incipiet quindecim Psalmos graduales, qui sunt inter alios Psalmos magis proprij ad hanc materiam: legendoq́; aspergat aquâ benedictâ domus loca, illa potißimum, vbi sit maior infestatio, ac primùm inferiorem partem domus. Moneatq́; aßistentes, vt preces suas cum ipsius coniungant.

Finitis quinque primis Psalmis dicitur.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus ad ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritutuo.

Oremus.

DOmum tuam Domine clementer ingredere, & in tuorum cordibus fidelium, perpetuam tibi cōstrue mā-sionem; & præsta, vt in hac domo nulla malignorum Spirituum dominetur nequi-

nequitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicuntur alij quinque Pſalmi, etiam aſpergendo loca domus.

Quibus finitis dicitur. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, tot⁹ operaris; adeſto ſupplicationibus noſtris, vt huius domus ſis protector, & nulla hîc nequitia cõtrariæ poteſtatis obſiſtat: ſed (virtute Spiritus Sancti & operatione) fiat tibi hîc purum ſervitium, & devota libertas exiſtat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Poſtea dicuntur alij quinque pſalmi

gra-

graduales, aspergendo, vt supra loca domus aquâ benedictâ

Quibus finitis dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tẽtationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus qui in omni loco dominationis tuæ, custos & protector assistis, exaudi nos quæsumus; vt inviolabilis huius domus permaneat bene ✠ dictio: & beneficia tui muneris, vniversitas, quæ supplicat, mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Postea in principali loco domus legat sequens Evangelium.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia ſancti Evangelij ſecundum Lucam.

Cap. 19.

IN illo tempore: ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zacchæus: & hic erat princeps Publicanorum, & ipſe dives. Et quærebat videre Ieſum, quis eſſet: & non poterat præ turbâ, quia ſtaturâ puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum; quia inde erat tranſiturus. Et cùm veniſſet ad locum, ſuſcipiens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum: Zacchæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit: & excepit illum gaudens. Et cùm viderunt omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertiſſet. Stans autem Zacchæus, dixit ad Ieſum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine do pauperib⁹: & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum: quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eò

quod

quod & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere & salvum facere, quod perierat. *Resp.* Laus tibi Christe.

Deinde benedicitur incensum hoc modo. Per intercessionem Beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium Electorum suorum incensum istud dignetur Dominus bene ✠ dicere, & in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Postea Sacerdos ponat incensum super ignem, & incenset domum, dicens. Incensum istud à te benedictum, ascendat ab te Domine, & descendat super nos misericordia tua.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Visita quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab eâ longè repelle: Angeli tui Sancti habitent in eâ, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos

ſemper. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Reſp.* Amen.

Poſtea domum & habitatores eius benedicat dicens: Benedictio Dei Omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠Sancti deſcendat ſuper hanc domum & omnes habitantes in ea, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen.

Et aſpergat aqua benedicta.

Exorciſmus contra maleficia lacticiniorum, & aliorum comeſtibilium, frugum &c.

Quando lac, butyrum, vel alia comeſtibilia maleficata videntur, præmittit Exorciſta (ſi iudicet longiores preces adhibendas) Litanias Sanctorum, quibus ſubiunget ſequentes Orationes & reliqua.

Oremus.

OMnipotens Sempiterne Deus, qui inter cætera dona clementiæ tuæ, hominibus ad vſus varios vitæ mortalis, lactis ſubſtantiam largiri dignatus es: Maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, vt lactis huius ſubſtantiam

ſic

sic benedicere digneris, vt & servis tuis fœliciter & copiosè proveniat & quisquis illo deinde ad alimentum suum, vel ad aliam vitæ huius commoditatem vti voluerit, gratiam tuam & benedictionem sibi gaudeat adfuisse. per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, cui creaturarum tuarum bonitas placet, quique ex abundantia pietatis tuæ fideles per Prophetam tuum ad comedendum pinguia invitare dignatus es, atque inter alias creaturas pinguedinis tuæ participes, butyro tantam dignitatem tribuisti, vt nō modô illud hominibus omnis generis, sed Vnigenito etiam Filio tuo, pro salute nostra de purissima Virgine incarnato, in cibum & alimentum servire volueris: clemētiam tuam humiliter imploramus, vt à substantia butyri huius vim omnem fraudemq; virulenti hostis benignus avertas: nihil hîc nocumēti, nihil mor

liferæ corruptionis inferre præsumat; sed quod fidelibus tuis ad humanæ indigentiæ remedium contulisti, integrum illis, inviolatum ac incorruptum servetur, vt cum digna gratiarum actione sumentes, vitæ suæ ac sanitati prodesse sentiant ac lætentur. Per Christũ Dominum nostrum. *Resp*. Amen.

Oremus.

OMnipotens & misericors Deus, qui Sacerdotibus & ministris tuis, præ cæteris tantam gratiam conferre dignatꝰ es, vt quicquid in nomine tuo per eos agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, vt quicquid ego, licet indignus, modò visito, visitare, quicquid benedico, ✠ benedicere digneris, & ad introitum meæ humilitatis, omnium Sanctorum tuorum meritis dęmones fugentur, & expellantur ab hac domo, & ab his creaturis tuis ad hominum vsum à te relictis, & destinatis, cessent & tollantur omnes nequitiæ & fascinationes eorum, & Angelus pacis & salutis hic

adſit, qui eos compeſcat, & hinc diſcedere cogat cum omnibus maleficijs. Per Chriſtum Dominum noſtrum, ℟. Amen.

Deinde legat Evangelium S. Ioannis. In principio erat Verbum.

Exorciſmus pro lacte.

ECce Crucem ✠ Domini, fugite partes adverſæ, vicit Leo de tribu Iuda, radix David.

Exorzico te creatura lactis in nomine Dei Patris Omnipotentis ✠ & in nomine IEſu Chriſti ✠ Filij eius Domini noſtri, & in virtute Spiritus ✠ Sancti vt fias lac exorcizatum in ſalutem fidelium, & ſis omnibus ex te ſumentibus ſanitas animæ & corporis, & effugiat atq; diſcedat à te nequitia omnis ac verſutia diabolicæ fraudis. omniſque nocendi facultas in te quovis modo per miniſtros ſathanicos introducta.

Alius Exorciſmus.

EXorcizo te per illum, qui Sanctis Patribus, Abraham, Iſaac & Iacob,

terram lacte & melle manantem repromisit, eandemque terram posteris eorum fideliter tradidit possidendam; ne eiusdem Dei & Domini nostri fidelibus servis sis mali alicuius nocumenti, morbi infirmitatis, mœroris aut anxietatis occasio. Per eum qui venturus est judicare vivos & mortuos & sæculum per ignem. Amen.

Exorcismus pro Butyro.

EXorcizo te creatura butyri, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum per Deum ✠ sanctum, per Deum qui hominibus ab initio pro sua bonitate ad vsus vitæ huius corrptuibilis butyrum de armento dedit, & lac de ouibus; vt nihil in te loci habeat adversariæ cuiuscūq; virtutis operatio, nihil in te potestatis malitia sathanæ, nihil ars damnata quorumvis vtriusq; sexus illi impia ac nefaria societate adhærentium, vt quovis modo substantiam tuam minuant, vel corrumpant, vel quacumq; ratione hominibus noxiam reddant; præstante illo & servan-

te, qui venturus est judicare vivos & mortuos & sæculum per ignem. *Resp.* Amen.

Alius Generalis Exorcismus.

ADiuro te, quicumque es quietis humanæ perturbator, per Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ Sanctum, vt nocere desinas huic domui, neque audeas malefacere frugibus, & omnibus, quæ in domo sunt, frumento, vino, oleo, lacti, butyro, caseis ovis, vel animalibus, cæterisque omnibus ad hanc domum pertinentibus Hoc tibi imperet Dominus IESVS Christus per suam sanctam Nativitatem, Baptismum, Ieiunium, & per amarissimam suam Passionem, crucem & mortem; denique per sanctam suam Resurrectionem, Ascensionem in Cælos, & Spiritus Sancti missionem. Cogant te suis precibus & meritis apud Deum exequi mandatum istud, Beatissima Virgo & Mater eiusdem Domini nostri Maria, Novem Chori Angelorum Patriarchę, Prophetę, Apostoli, Evan-

golistæ, Martyres, Confessores, Virgines, & Viduæ, & omnes Sancti & Sanctę Dei, quibus hæc domus, & omnia ei contigentia cum omnibus habitantibus in ea sit protectione & custodia contra omnes insidias inimici. Per eundem Dominum &c. *Resp.* Amen.

Alius Exorcismus contra invisibilem lactis, butyri, vel aliarum rerum per incantationes ablationem.

℣. Adiutorium nostrum &c.
℟. Qui fecit cælum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui ad servandam inter homines pacem, furtum facere, & rē proximi cocupiscere prohibuisti, obsecramus clementiam tuam, vt omnes, qui, quod iniustè concupiscunt, dæmonis adiutorio proximis suis auferre nituntur, dexteræ tuæ virtute coerceas, & hisce famu-

famulis tuis, qui concessis à te vitæ suæ subsidijs ad honorem tuum frui desiderant sanctorum Angelorum cõcede præsidium, qui dæmonum potestate repressa maleficos iniustorũ hominum conatus, quos eorum adiumento perficiendos existimant, irritos reddant & frustraneos. Per Christum Dominum nosttum. *Resp.* Amen.

EXORCISMVS.

EXorcizo te immunde Spiritus, qui ad turbandam Christianorũ quietem, & ad iniurias in bonis temporalibus inferendas hominibus tua fraude deceptis auxilium prębes, per iudicem vivorum, & mortuorum, vt âb hac domo & familia, omnibusq; ad eam pertinentibus recedas, nec quidquam eorum, quæ ad illam spectant attingere, vel auferre præsumas.

Exorcizo te per æternam Dei iustitiam, ex qua lex illa, quâ suum cuique dandum esse statuitur, emanavit, vt omnibus promissionibus, pactis, artibus, signisque, quibus te quasi astrictũ

& obligatum ſimulas, diſſipatis, divinę ſeveritatis, in te exercendæ formidine, omnia, quæ huius familiæ ſunt, ſalva & intacta dimittas. Recede ergo hinc divinæ legis tranſgreſſor; hominumq; perturbator, & Angelis ſanctis, quorũ tutelæ familia iſta cõmiſſa eſt, te propellentibus fuge, nec eam in ſua quiete ac bonis lædere, aut vlterius moleſtare præſumas, invocato contra tuam malitiam nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

Aſpergatur deinde aquâ benedictâ. Poſſunt etiam iſtis aptari, quæ habentur contra noxia animalia, vermes, &c. corrumpentes agros & fruges.

Facilè etiam Exorciſta poterit hos Exorciſmos accomodare varijs rebus ad vſum hominum ſpectantibus arte magica & diabolica veneficiatis.

Monebit & inſtruet Sacerdos in lacticinijs operam præſtantes, vt dum ad opus lactarium ſe parant, in ſe excitent fiduciam

in

in Deum, recitentque attentè & religiosè Oratinem Dominicam, & salutationem Angelicam cum Symbolo fidei. Et muniant se, & opus suum signaculo sanctæ Crucis, aspergant aquâ benedicta, & ipsis lacticiniys imponant aliquid Salis benedicti, accendant cereum benedictum.

Docebit etiam, multas pias fæminas plurimum auxilium invenisse contra omnes maleficiorum infestationes, quod ex iysdem lacticiniys, vel alys rebus, consuevissent aliquam partem dare pauperibus ad Dei gloriam in Christiana charitate cum recta intentione, pioq; animo.

Formula exorcizandi Maleficiatos quoscunque.

Exorcista leget alta voce flexis genibus Litanias Sanctorum, vel Beatissimæ Virginis Mariæ cum Collectis. Concede nos famulos tuos, &c. Deus qui salutis æternæ &c.

Oremus.

O Maria Virgo, quæ contrivisti caput Serpentis, fugatrix Dæmo-

num, maleficiorum dissipatrix, ne hæc creatuta ad imaginem & similitudinem Filij tui creata, vlterius crucietur, succurre & preces nostras quas auribus tuæ pietatis & misericordię offerimus, exaudi; vt desideratam sanitatem accipere mereantur propitio IESV Christo filio suo crucifixo regnante in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Postea surgens ab Oratione asperget infirmum aquâ benedictâ, & leget sequentia stans versus illum.

Lectio Libri Sapientiæ. *Eccli* 36.

MIserere nostri Deus omnium & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immitte timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te, vt cognoscant, quia nõ est Deus, nisi tu, & enarrent magnalia tua, Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Ioann. I.

In

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum &c.
Resp. Laus tibi Christe.

Per Evangelica verba tollantur & destruantur in N. omnia diabolica opera. *Resp.* Amen.

Ex Psalmis ad Consolationem afflicti.

a EXspecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hereditate capias terram; cum perierint peccatores, videbis.

b Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei & Deus meus.

c Exspecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

d Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet; non dabit in æternum fluctuationem iusto.

e Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

Quo-

a Psalm 26. b psalm. 42. c Psalm 26. d Psalm. 54. e Psalm. 90.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

Dominus cuſtodiat te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus.

a Dominus cuſtodiat introitũ tuum & exitum: ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.

b Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non contererur.

Oremus.

SAna me Domine & ſanabor; ſalvum me fac, & ſalvus ero, quoniam laus mea tu es.

c Non ſis mihi formidini, ſpes mea tu in die afflictionis.

Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego; paveant illi, & non paveam ego induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione

a *Pſalm. 120.* b *Pſalm. 33.* c *Ierem. 17.*

tione contere eos. Per Dominum noſtrum &c. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DEus qui Beato Petro Apoſtolo tuo collatis clavibus regni cæleſtis, ligandi atque ſolvendi pontificium tradidiſti; concede, vt interceſſionis eius auxilio à peccatorum nexibus, & diaboli vinculis hic famulus tuus (hæc famula tua) liberetur. Per eum, qui venturus eſt judicare ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

EXORCISMVS.

ADiuro vos ✠ dæmones infernales, Spiritus maligni, qui ad inferendum malum huic creaturæ Dei fabricaſtis, & conſervatis maleficium in ea per Deum Patrem Omnipotentem ✠ & Filium eius vnicum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ✠, & per Spiritum Sanctum ✠ Paraclitum ab vtroq; procendentem, & vobis præcipio, vt omnibus incantationibus, faſcinationibus, ſignaturis, ligaturis, ſtatim ſublatis ab hac creatura Dei, & ab omnibus

nibus rebus eius recedatis, atque liberam ab omni maleficio, incantatione, & ligatura relinquatis, per sacratissimum, tremendum, honorandum & glorificandum Nomen IESV, & per virtutem eius, qui est Alpha & Omega, principium & finis, qui ambulat super pennas ventorum qui omnia ex nihilo sua omnipotenti virtute creavit, per quem omnes sancti & electi Dei beatificantur, ante cuius faciem ignis præcedet, & inflammabit vos inimicos suos Adiuro vos ✠ maligni dæmones, inimici triumphatoris IESV Christi Nazareni; vt cessetis hanc creaturam Dei N. lædere, & vestris maleficijs vexare, per potentiam illius, qui vos rebelles à consortio Sanctorum Angelorum exclusos ad sedes tartareas damnavit igne & sulphure cruciandos, vt protinus destruatis & ad nihilum redigatis omnia maleficia, incantationes, ligaturas, & omnes vestras noxias pactiones, quibus hanc Dei Creaturam infestare, & affligere præsumpsistis.

ctis, eamque liberam & sanam, & sine vlla læsione animæ & corporis in posterum permittatis, vt mente & corpore pariter expedita liberam servitutem suo exhibeat Creatori. Qui vivit & regnat, &c.

Asperget aqua benedicta infirmum.

Alius Exorcismus.

ADiuro vos ✠ iterum dæmones, per Deum Omnipotentem, qui divisit lucem à tenebris stabiliens cælos & eis mensuras ponens, vt istam sine mora amoveatis ab hac creatura Dei omnia nocumenta vestra, & ipsam sine lęsione relinquatis. Adiuro vos ✠ per magnum nomen Domini IESV Christi Filij eius, ne amplius appropinquetis huic creaturæ ad ei inferenda, vel in ea conservãda aliqua maleficia, & à vexatione vestra libera relinquatis omnia, quæ ad illam pertinent. Adiuro vos ✠ in virtute Spiritus Sancti Paracliti, vt si quid in signum positum est ad huius creaturæ afflictionem, illud statim amoveatis, & nullam vsurpetis

petis audaciam obſequendi maleficijs hominibus ad nocẽdum huic creaturæ, & omnia, quæ poſuiſtis ad lædendum valetudini eius ſtatim tollatis & removeatis, ſine aliqua læſione animæ & corporis eius,& illa portetis ad loca arida ſterilia & inhabitabilia. Et ſicut per Beatos Apoſtolos Dei Petrum & Paulum diſſolutæ & ad nihilum redactæ fuerunt incantationes factæ per Simonem Magnum, ita authoritare Dei Omnipotentis diſſolvãtur omnes ſortilegæ artes,præſtigia & incantationes inventæ & fabricatæ ad lædendũm & nocendum huic creaturæ. Similiter adiuro vos per Nomen Domini noſtri IESV Chriſti, qui deſcendens ad inferos, devictâ potentiâ inferni, animas Sanctorum Patrum inde extractas ſecum ad Cælos triumphator invexit, vt remoto omni dolo & obſtinatione, deſtruatis& tollatis omnem malignam faſcinationem ab hac creatura Dei, omniaque nociua eius corpori ingeſta educatis per illam viam, quæ ſit magis

libera & expedita abſque læſione corporis & ſanitatis eius. In virtute eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

Modus exorcizandi circa quęvis animalia per maleficia & venecia afflicta.

Exorciſta omnibus domeſticis ad orationem invitatis, ipſum ſtabulum & animalia aqua benedicta aſperget. Poſtea leget clara voce flexis genibus, ſi comodè poßit, Litanias Sanctorum, quibus ſubiunget ſequentes orationes. *Oremus.*

DEus qui laboribus hominum etiã de multis animalibus ſolatia ſubrogaſtaſti; ſupplices te rogamus, vt ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias vſibus non perire. Per Dominum noſtrum &c. *Reſp.* Amen.

Oremus.

TRibulationem noſtram, quæſumus Domine propitius reſpice: & iram

iram tuæ indignationis, quá iustè meremur averte. Per Dominum &c. Resp. Amen.

Oremus.

AVerte quæsumus Domine, à fidelibus tuis cunctos miseratus errores, & sævientium morborũ, qui grassantur in animalia, depelle perniciem; vt quos suo merito flagellas devios, foveas miseratione correctos. Per Dominum &c. *Resp.* Amen.

Surgens Exorcista ab oratione asperget iterum animalia & locum totum cum astantibus aquâ benedictâ, & versus animalia maleficiata leget sequentia.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Ier. 14.

SI iniquitates nostræ contenderint contra nos; Domine fac propter nomen tuum: quoniam multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus. Exspectatio Israel, Salvator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos Do-

mine

mine Deus noster. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

Initium sancti Evangelij secundum Marcum.

Mar. 11.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic mõti: tollere & mittere in mare; & non hęsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quęcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis adversus aliquem: vt & Pater vester, qui in Cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nõ dimiseritis, nec Pater vester, qui in Cælis est, dimittet vobis peccata vestra. *Resp.* Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta tollantur & evertantur omnia diabolica facta.

Vel si malit, recitabit Initium Evangelij S. Ioannis. In principio &c. *quod contra omnia*

omnia maleficia & infirmitates rectè potest adhiberi. *Psalmus. 53.*

Deus in nomine tuo salvũ me fac,&c.

Psalmus. 156.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit *&c.*

Psalmus. 7.

Domine Deus meus in te speravi *&c.*

EXORCISMVS.

EXorcizo te dæmon maledicte, immunde ac maligne Spiritus, quicumque animalia ista Dei vivi & veri creaturas affligere aut vexare audes,& adiuro te per eundem Deum vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum sanctum ✠ Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vt exeas & recedas à loco isto, nec vnquam huc reverti præsumas, neque eodem loco, vel alibi agentibus hominibus aut jumẽtis damnum vel pavorem immittas, aut quodcumque malaficium in detrimentum vitæ illorum, vel sanitatis aut vtilitatis inferas, per eũ, qui te in patibulo Crucis vicit & superavit; arma, in quibus con-

confidebas, abstulit; spoliaq; tua distribuit, ac potestatem tuam in Electorum suorum salutem & consolationem ligavit, qui & venturus est statuto tempore judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. *Resp.* Amen.

Alius Exorcismus.

ADiuro vos, ò maligni spiritus, per Creatorem Cæli & terræ, per Incarnationem Domini nostri Iesu Christi, eiusque circumcisionem, apparitionem, Baptismum, Ieiunium, & per Crucem eius, per clavos, lanceam, latus, manus & pedes Christi perforatos, per Passionem, mortem, resurrectionem & ascensionem, & Spiritus Sancti missionem, & per gloriosam Virginem Mariam & per merita omnium Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum & omnium electorum: vt nunquam amplius accessum habeatis ad hunc locum in detrimentũ hominum, animalium & quarumcunque rerum humanæ vtilitati à Deo indulta-

rum : In nomine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ Sancti. *Resp.* Amen.

Et aspergens animalia & locum iterum aquâ benedicta & astantes, dicat.

DOmine Deus Pater omnium rerũ, defende nos, & pecora ista, defende Domine dona tua, defende familiam istam ab omnibus malis, per virtutem aquæ à te ministerio Ecclesiæ benedictæ, & per invocationem Sancti Nominis tui: In Nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Et exterminetur Diabolus à terminis Iustorum, per invocationem sancti nominis tui & omnium Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Electorum, & nos & pecora hæc ab omni malo liberare, & custodire digneris. Per Christum Dominum nostrum *Resp.* Amen.

Poterunt prædicta sæpius repeti. vel aliæ preces & Exorcismi ex suprapositis vel ex ijs quæ habentur contra infestationes domorum, his adiungi, mutatis mutandis.

Bene-

Benedictio Sagittarum aliorumque signorum fraternitatum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, largitor bonorum omnium, salus & vita nostra te suppliciter exoramus & petimus, vt has Sagittas (*vel si alia fraternitatum signa benedicenda sint, exprimantur loco verbi* (Sagittas) *& cætera alijs non convenientia omittantur*) quibus Domini & Redemptoris nostri in Cruce pro nostra Salute pendentis signum; & imago intemeratæ Virginis Deiparæ, & S. Sebastiani Martyris impressa est; Bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare digneris; vt qui has secum devotè ge-

ſtaverint, vel domi ſuæ aſſervaverint, per merita ſanctę Matris Virginis, & per interceſſionem S, Sebaſtiani Martyris ab omni peſtifera lue, & ab omni morbo contagioſo præſerventur, corporis item & animæ ſanitatem continuam conſequantur. Per Dominum noſtrū IESVM Chriſtum Filium tuum, verum Animarum Corporumq; Medicum: Qui tecum vivit & regnat in vnitate Spiritus Sancti per infinita ſæculorum ſæcula: Amen.

Benedictio Panis & Vini aliarumq; rerum in feſto S Blaſij Epiſcopi & Martyris,

Poſtquam Sacerdos in Miſſa pervenerit in Canone ad locum illum: Per quem hæc omnia Domine bona creas, &c. *panes allatos benedicit hoc ordine.*

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum,
℣. Adiutorium noſtrum &c.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Ora pro nobis beate Blaſi.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus

bus Christi.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SAlvator mundi Deus Domine Iesu Christe, qui hodiernum diem beatissimi Blasij Martyrio consecrasti, & diversas creaturas ad salutem hominum creasti, quique ex quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum satiasti, ac populum Iudaicum in deserto miraculosè pavisti, ineffabilem misericordiam tuam suppliciter exoramus & petimus, vt hos panes, quos plebs fidelis tibi devotè hodie ad sanctificandum attulit, tua pietate bene✠dicere & sancti✠ficare digneris; vt qui ex eis comederint vel gustaverint, ab omni gutturis plaga, & totius corporis infirmitate meritis & intercessione eiusdem B. Blasij Martyris tui, plenam recipiant sanitatem: & nos servos tuos ab omni corporis & animæ ægritudine sanos conservet. Qui vivis & regnas Deus, per omnia sæcu-

la sæculorum. Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

Responsorium ad Divum Antonium de Padua pro re perdita.

SI quæris miracula mors, error, calamitas, Dæmon, lepra fugiunt: ægri surgunt sani: Cedunt mare, vincula, membra, resque perditas petunt, & accipiunt iuvenes & cani. Pereunt pericula, cessat & necessitas: Narrent hi qui sentiunt dicant Paduani. Cedunt. Gloria, Cedunt.

℣. Ora pro nobis beate Antoni.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

ECclesiam tuã, Deus, beati Antonij Confessoris tui deprecatio votiva lætificet, vt spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Indiculus.

A

B

Bene-

C

E

Formu-

Omnia ad maiorem Dei, Deiparæq; Gloriam.